

nõ ẽ v̄m Hec scriptum methaphisice ẽ dñi ~~Ade~~ ade pariseñ magri · sup anq̄ua translacõne ~~Averroys~~

Ad metetem awerois ade mḡri pariseñ

[illegible]

763

N. Inv. 763.

Adam super methaphisicam
nõ est vez

~~Esurit~~ [illegible] / sacerdotem [illegible]
Bonifacie moyses medico Mets chalamos medici

Divus Thomas est non adam: et libro phisicoz̄ cplet' mḡri
nazio Parisien' sup̄ mete

nõ ẽ vez
Comentu ade
sup a̅x̅ t̅a̅
et l̅r̅ phicoz̄ hec sunt vez

Commentum Super Metaphysicam
et 8 Libros Physicorum
S. D. Thome Aquinatis.

1056

Sicut docet philosophus in politicis suis, quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum esse regulans sive regens, et alia regulata sive recta. Quod quidem patet in unione animae et corporis. Nam anima naturaliter imperat et corpus obedit. Similiter etiam inter animae vires, irascibilis enim et concupiscibilis naturali ordine per rationem reguntur. Omnes autem scientiae et artes ordinantur in unum, scilicet ad hominis perfectionem, quae est eius beatitudo. Unde necesse est, quod una earum sit aliarum omnium rectrix, quae nomen sapientiae recte vindicat. Nam sapientis est alios ordinare. Quae autem sit ista scientia, et circa qualia, considerari potest, si diligenter respiciatur quomodo est aliquis idoneus ad regendum. Sicut enim ut in libro praedicto philosophus dicit, homines intellectu vigentes naturaliter aliorum rectores et domini sunt: homines vero qui sunt robusti corpore, intellectu vero deficientes, sunt naturaliter servi: ita illa scientia debet esse naturaliter aliarum regulatrix, quae maxime intellectualis est. Haec autem est, quae circa maxime intelligibilia versatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere possumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. Nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur esse intelligibilia magis. Unde, cum certitudo scientiae per intellectum acquiratur ex causis, causarum cognitio maxime intellectualis esse videtur. Unde et illa scientia, quae primas causas considerat, videtur esse maxime aliarum regulatrix. Secundo ex comparatione intellectus ad sensum. Nam cum sensus sit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipso differre videtur, quod universalia comprehendit. Unde et illa scientia maxime est intellectualis, quae circa principia maxime universalia versatur. Quae quidem sunt ens, et ea quae consequuntur ens, ut unum et multa, potentia et actus. Huiusmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum sine his completa cognitio de his, quae sunt propria alicui generi vel speciei, haberi non possit. Nec iterum in una aliqua particulari scientia tractari debent: quia cum his unumquodque genus entium ad sui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari scientia tractarentur. Unde restat quod in una communi scientia huiusmodi tractentur; quae maxime intellectualis est et aliarum regulatrix. Tertio ex ipsa cognitione intellectus. Nam cum unaquaeque res ex hoc ipso vim intellectivam habeat, quod est a materia immunis, oportet illa esse maxime intelligibilia, quae sunt maxime a materia separata. Intelligibile enim et intellectum oportet proportionata esse, et unius generis, cum intellectus et intelligibile in actu sint unum. Ea vero sunt maxime a materia separata, quae non solum a signata materia abstrahunt, sicut formae naturales in universali acceptae, de quibus tractat scientia naturalis, sed omnino a materia sensibili. Et non solum secundum rationem, sicut mathematica, sed etiam secundum esse, sicut Deus et intelligentiae. Unde scientia quae de istis rebus considerat, maxime videtur esse intellectualis, et aliarum princeps sive domina. Haec autem triplex consideratio non diversis, sed uni scientiae attribui debet. Nam praedictae substantiae separatae sunt universales et primae causae essendi. Eiusdem autem scientiae est considerare causas proprias alicuius generis et genus ipsum. Unde oportet quod ad eamdem scientiam pertineat considerare substantias separatas, et ens commune, quod est genus, cuius sunt praedictae substantiae communes et universales causae. Ex quo apparet, quod quamvis ista scientia praedicta tria consideret, non tamen considerat quodlibet eorum ut subiectum, sed ipsum solum ens commune. Hoc enim est subiectum in scientia, cuius causas et passiones quaerimus. Non autem ipsae causae alicuius generis quaesiti. Nam cognitio causarum alicuius generis est finis ad quem consideratio scientiae pertingit. Quamvis autem subiectum huius scientiae sit ens commune, dicitur tamen tota de his quae sunt separata a materia secundum esse et rationem. Quia secundum esse et rationem separari dicuntur non solum illa quae nunquam in materia esse possunt, sicut Deus et intellectuales substantiae, sed etiam illa quae possunt absque materia esse, sicut ens commune. Hoc tamen non contingeret, si a materia secundum esse dependerent. Secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio huius scientiae attenditur, sortitur tria nomina. Dicitur enim scientia divina sive theologia, inquantum praedictas substantias separatas considerat. Metaphysica, inquantum considerat ens et ea quae consequuntur ipsum. Haec enim transphysica inveniuntur in via resolutionis, sicut magis communia post minus communia. Dicitur autem prima philosophia, inquantum primas rerum causas considerat. Sic igitur patet quid sit subiectum huius scientiae, et qualiter se habeat ad alias scientias, et quo nomine nominetur.

Huic autem scientiae Aristoteles prohemium praemittit in quo duo facit. Primo ostendit circa quid ista scientia versatur. Secundo qualis est ista scientia, ibi: Quia non activa. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod huius scientiae sit sapientia; secundo quod scientia sapientia dicta considerat causas; tertio quales causas considerat. Circa primum, ibi: Omnes autem scientiam hac. Circa primum duo facit. Primo praemittit quaedam ex quibus ad propositum argumentatur. Secundo ex praedictis ratione sumit, ibi: Cuius autem gratia nunc. Circa primum duo facit. Primo ostendit scientiae in generali dignitatem. Secundo ostendit cognitionis ordinem, ibi: Alia quidem igitur. Secundum autem dignitatem ostendit per hoc quod naturaliter desideratur ab omnibus tamquam finis. Unde circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat, ibi: Signum autem. Proponit igitur quod omnibus hominibus naturaliter desiderium inest ad sciendum. Cuius ratio potest esse triplex. Primo quidem, quia unaquaeque res naturaliter appetit perfectionem sui esse. Unde et materia dicitur appetere formam, sicut imperfectum appetit suam perfectionem. Cum igitur intellectus, a quo homo est id quod est, in se consideratus sit in potentia omnia, nec in actum eorum reducatur nisi per scientiam, quia nihil est eorum quae sunt ante intelligere, ut dicitur in tertio de anima: sic naturaliter unusquisque desiderat scientiam, sicut materia formam. Secundo, quia quaelibet res naturalem inclinationem habet ad suam propriam operationem: sicut calidum ad calefaciendum, et grave ut deorsum moveatur. Propria autem operatio hominis inquantum homo est intelligere. Per hoc enim ab omnibus aliis differt. Unde naturaliter desiderium hominis inclinatur ad intelligendum, et per consequens ad sciendum. Tertio, quia unicuique rei desiderabile est ut suo principio coniungatur. In hoc enim perfectio uniuscuiusque consistit. Unde et motus circularis est perfectissimus, ut probatur octavo physicorum, quia finem coniungit principio. Substantiis autem separatis, quae sunt principia intellectus humani, et ad quae intellectus humanus se habet ut imperfectum ad perfectum, non coniungitur homo nisi per intellectum. Unde et in hoc ultima hominis felicitas consistit. Et ideo naturaliter homo desiderat scientiam intellectus. Nec obstat si aliqui homines scientiae huic studium non impendant, cum frequenter

qui tamen aliquando desideratur a prosecutione finis ex aliqua causa retrahitur, vel propter difficultatem perveniendi, vel propter alias occupationes. Sic etiam licet omnes scientiam desiderent, non tamen omnes studium impendunt, quia ab aliis detinentur, vel a voluptatibus, vel a necessitatibus vite presentis, vel etiam propter fugam sua pigritia vitant laborem addiscendi. Hoc autem proponit Aristoteles ut ostendat quod querere scientiam non propter aliud utile, qualis est hec scientia, non est vanum, cum naturale desiderium vanum esse non possit. Deinde ostendit quod posuerat per signum. Quia cum sensus ad duo nobis deserviant, scilicet ad cognitionem rerum et ad utilitatem vite, diliguntur a nobis propter se ipsos, inquantum cognoscitivi sunt, et etiam propter hoc quod utilitatem ad vitam conferunt. Et hoc patet ex hoc quod ille sensus maxime ab omnibus diligitur qui magis est cognoscitivus, qui est visus, quem diligimus non solum ad agendum aliquid, sed etiam si nihil agere deberemus. Cuius causa est quia iste sensus, scilicet visus, magis omnibus facit nos cognoscere et plures differentias rerum nobis demonstrat. In quo manifestum est quod duas preeminentias visus in cognoscendo ad alios sensus ponit. Unam quidem quia perfectius cognoscit. Quod quidem visui accidit ex hoc quod spiritualior est inter omnes sensus. Quanto enim aliqua vis cognoscitiva est immaterialior, tanto est perfectior in cognoscendo.

Due preeminentie visus ad alios sensus.

Quod autem visus sit immaterialior patet si consideretur eius immutatio qua ab obiecto immutatur. Nam cum alia sensibilia immutent organum et medium secundum aliquam materialem immutationem, sicut obiectum tactus calefaciendo et infrigidando, obiectum vero gustus afficiendo sapore aliquo organum gustus mediante saliva, obiectum autem auditus per motum corporalem, obiectum vero odoratus per fumalem evaporationem, solum obiectum visus non immutat nec organum nec medium nisi spirituali immutatione. Non enim pupilla nec aer coloratur, sed solum speciem coloris recipiunt secundum esse spirituale. Quia igitur sensus in actu consistit in actuali immutatione sensus ab obiecto, manifestum est illum sensum spiritualiorem esse in sua operatione qui immaterialius et spiritualius immutatur. Et ideo visus certius et perfectius iudicat de sensibilibus inter alios sensus. Aliam autem preeminentiam ponit, quia plura nobis demonstrat. Quod quidem accidit ex ratione sui obiecti. Tactus enim et gustus, et similiter odoratus et auditus sunt cognoscitivi illorum accidentium in quibus distinguuntur inferiora corpora a superioribus. Visus autem est cognoscitivus illorum accidentium in quibus communicant inferiora corpora cum superioribus. Nam visibile actu est aliquid per lucem, in qua communicant inferiora corpora cum superioribus, ut dicitur secundo de anima, et ideo corpora celestia solo visu sunt sensibilia. Est autem alia ratio quare visus plures differentias rerum demonstrat, quia sensibilia communia precipue per visum et tactum cognoscere videmur. Et adhuc magis per visum. Cuius ratio ex hoc sumi potest, quia alii tres sensus sunt cognoscitivi eorum que a corpore sensibili quodammodo effluunt et non in ipso consistunt. Sicut sonus est a corpore sensibili ut ab eo fluens et non in eo manens, et similiter fumalis evaporatio cum qua et ex qua odor diffunditur. Visus autem et tactus percipiunt illa accidentia que rebus ipsis immanent, sicut color et calidum et frigidum. Unde iudicium autem visus extenditur ad res ipsas, iudicium autem odoratus et auditus ad ea que a rebus ipsis procedunt, non ad res ipsas. Et inde est quod figura, magnitudo et huiusmodi, quibus ipsa res sensibilis disponitur, magis percipitur visu et tactu quam aliis sensibus. Et adhuc amplius magis visu quam tactu, tum propter hoc quod visus habet maiorem efficaciam ad cognoscendum, ut dictum est, tum propter hoc quod quantitas et ea que ad ipsam consequuntur, que videntur esse sensibilia communia, proximius se habent ad obiectum visus quam ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet quod obiectum visus omne corpus habens quantitatem aliqualiter participat, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit *alia quidem igitur natura et cetera*, prosequitur de ordine cognitionis. Et primo quantum ad bruta animalia. Secundo quantum ad homines, ibi, *alia quidem igitur et cetera*. Circa bruta animalia hoc tangit, primo quidem id in quo omnia animalia conveniunt. Secundo id in quo animalia differunt et se invicem excedunt, ibi, *ex sensibus quod*. Conveniunt autem omnia animalia in hoc quod sensum naturaliter habent. Nam ex hoc animal est animal quod habet animam sensitivam, que est natura animalis, sicut forma unicuique propria est natura eius. Omnibus autem omnia animalia habentibus sensum naturaliter, non tamen omnia habent omnes sensus, sed solum perfecta. Omnia vero habent sensum tactus. Ipse enim est quodammodo fundamentum omnium aliorum sensuum. Est enim cognoscitivus eorum ex quibus animal constat, scilicet calidi, frigidi, humidi et sicci. Unde sicut visus inter omnes est perfectior in cognoscendo, ita tactus est magis necessarius, utpote prius existens in via generationis. Ea enim que sunt perfectiora secundum hanc viam sunt posteriora in illo individuo quod de imperfecto ad perfectum movetur.

Quod sensus visus est omnibus aliis perfectior in cognoscendo, sed tactus magis necessarius.

Deinde cum dicit *sed ex sensibus et cetera*, ponit diversitatem cognitionis que est in brutis, et tangit quadruplicem gradum cognitionis in huiusmodi animalibus. Quedam enim sunt que licet sensus habeant, non tamen habent memoriam que ex sensu fit. Memoria enim sequitur fantasiam, que est motus factus a sensu secundum actum, ut habetur in libro de anima. In quibusdam animalibus ex sensu non fit memoria, et hec sunt animalia imperfecta que sunt immobilia secundum locum, ut conchilia. Cum enim animalibus cognitio sensitiva sit provisiva ad vite necessitatem et ad propriam operationem, animalia illa memoriam habere debent que moventur ad ad distans motu progressivo. Nisi enim apud ea remaneret per memoriam intentio preconcepta ex qua ad motum inducuntur, motum continuare non possent quousque finem intentum consequerentur. Animalibus vero immobilibus sufficit ad proprias operationes presentis sensibilis acceptio, cum ad distans non moveantur, et ideo imaginatione confusa habent aliquem motum indeterminatum, ut dicitur tertio de anima. Ex hoc autem quod quedam animalia memoriam habent et quedam non habent, sequitur quod quedam sunt prudentia et quedam non. Cum enim prudentia ex preteritorum memoria de futuris providet, unde et secundum Tullium in secundo rethoricorum partes ponuntur memoria, intelligentia et providentia, in illis animalibus prudentia esse non potest que memoria carent. Illa vero animalia que memoriam habent aliquid prudentie habere possunt. Dicitur autem prudentia aliter

Quomodo diversimode accipiatur prudentia in animalibus et hominibus.

in brutis et aliis in hominibus esse. In hominibus quod est prudencia
secundum quod ex racione deliberant. quid eos agere oportet. unde
dicitur ethicorum. vi. quod prudencia est recta racio agibilium
Judicium autem de rebus agendis. non ex racionis deli
beracione. Sed ex quodam nature instinctu. prudencia in
aliis aliquibus dicitur. unde prudencia in aliis aliquibus est naturalis
estimacio de convenientibus prosequendis et fugiendis nocivis.
Sicut agnus sequitur matrem et fugit lupum. Inter ea uero
que memoriam habent quedam habent auditum. et quedam non.
Que uero autem auditum non habent ut apes. uel si que
alia huiusmodi animalia. licet prudenciam habere possint. non tamen sunt
disciplinabilia. ut scilicet per alterius instructionem possint assue
fieri ad aliquid faciendum uel uitandum. huiusmodi enim instructio
precipue recipitur per auditum. unde dicitur in libro de sensu
et sensato. quod auditus sensus est discipline. Quod autem
dicitur apes auditum non habere non repugnat ei quod
uidentur ex quibusdam sonis exterreri. Nam sicut sonus
uehemens occidit animal et scindit lignum ut in
tonitruo patet non propter sonum sed propter commocionem aeris
uehementem cum quo est sonus. Ita alia que auditu
carent. Judicium de sonis non habendo. possunt
per sonos aliquos exterreri. Illa uero alia que et memoriam
et auditum habent. et disciplinabilia et prudencia esse
possunt. Patet igitur diversos esse gradus cognicionis in
animalibus. Primus est eorum que nec auditum nec memoriam habent.
unde nec disciplinabilia nec prudencia sunt. Secundus est eorum que
habent memoriam. sed non auditum. unde sunt prudencia.
et non disciplinabilia. Tercius est eorum que utrumque et sunt
prudencia et disciplinabilia. Quartum autem modum esse non
potest. ut scilicet sit aliquod animal quod habeat auditum et non habeat
memoriam. Sensus enim qui per extrinsecum medium sunt
sensibile apprehendunt. inter quos est auditus non sunt
nisi in aliquibus que mouentur motu progressiuo quibus
memoria deesse non potest. ut dictum est. Deinde cum
dicit. alia quidem etc. ostendit gradum cognicionis humane. et
circa hoc. 2. facit. primo namque ostendit in quo cognicio
humana excedit precedencium brutorum cognicionem. secundo ostendit
quomodo cognicio humana per diuersos gradus distribuatur. ibi.
fit autem ex memoria etc. Dicit ergo in prima parte. quod uita
aliorum regitur ymaginacione et memoria. ymaginacione quidem
quantum ad alia inperfecta. memoria uero quantum ad alia perfecta.
licet enim et hec ymaginacionem habeant. tamen unumquodque
regi dicitur ab eo quod est principale in ipso. uiuere autem
hic non accipitur secundum quod est esse uiuentis sicut accipitur
in secundo de anima. cum dicitur uiuere uiuentibus est esse. Nam
huiusmodi uiuere aliis non est ex memoria et ymaginacione.
sed precedit utrumque. accipitur autem uiuere pro actione uite
sicut et conuersacionem hominum uitam dicere solemus. In
hoc uero quod cognicionem aliorum determinat per comparacionem ad regi
men uite. datur intelligi quod cognicio inest ipsis aliis non
propter ipsum cognoscere sed propter necessitatem actionis. Super memoriam
que in hominibus. ut in dicendo patet est experimentum. quod quidem

alia non participant. nisi parum. experimentum enim est ex
collacione plurium singularium in memoria retentorum. Huiusmodi
autem collacio est homini propria et pertinet ad uim cog
nosciuam. que racio particularis dicitur. que est collatiua intencio
num indiuidualium. sicut racio uniuersalis intencionum uniuersalium.
et quia ex multis sensibus et memoria. alia ad aliquid
consuescunt prosequendum uel uitandum. Inde est quod
aliquid experimenti licet parum participare uidentur. homines
autem super experimentum quod pertinet ad racionem particularem habent
racionem uniuersalem per quam uiuunt. sicut per id quod est principale
in eis. Sicut autem se habet experimentum ad racionem
particularem et consuetudo ad memoriam in aliis. ita se
habet ars ad racionem uniuersalem. Ideo sicut perfectum uite
regimen est in aliis per memoriam adiuncta assue
factione ex disciplina uel quolibet aliter. Ita perfectum
hominis regimen est per racionem arte perfectam. Quedam
tamen racione sine arte reguntur. sed hoc regimen imperfectum.
Deinde cum dicit. fiat autem ex memoria etc. ostendit diuersos
gradus humane cognicionis. et circa hoc. 2. facit. primo comparat
experimentum ad artem. secundo comparat artem speculatiuam
ad artem actiuam. ibi. primum quidem igitur generis etc. circa
primum duo facit. primo ostendit generacionem artis et experimenti.
secundo preeminenciam unius ad alterum. ibi. ad actum quidem igitur
etc. Circa primum. 2. facit. primo ponit utriusque productionem
cognicionem. secundo manifestat per exemplum. ibi. acceptionem quidem enim. circa
primum duo facit. primo ponit generacionem experimenti. secundo
artis generacionem. ibi. hominibus autem etc. Dicit ergo primo quod
ex memoria in hominibus experimentum causatur. Modus autem
causandi est iste. quia ex multis memoriis unius rei
accipit homo experimentum de aliquo. quo experimento po
tens est ad facile et directe operandum. et ideo quia po
tentiam et facilitatem operandi probat experimentum. uidetur fere
esse simile arti et sciencie. Est enim similitudo eo quod utrobi
que ex multis una accepcio alicuius rei sumitur.
Dissimilitudo autem quia per artem accipiuntur uniuersalia. per experi
mentum particularia. ut postea dicetur. Deinde cum dicit.
hominibus autem. ponit generacionem artis. et dicit quod experiencia
in hominibus fit sciencia et ars. quod probat per auctoritatem
poli. qui dixit quod experiencia facit artem sed inexperiencia
casum. Quando enim aliquis inexpertus recte operatur. a casu est.
Modus autem quo ars fit ex experimento. est idem cum modo predicto
quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis
memoriis fit una experimentalis sciencia. Ita ex multis
experimentis apprehensis. fit uniuersalis accepcio de omnibus similibus.
unde hoc plus habet ars quam experimentum. quia experimentum
tantum circa singularia uersatur. ars autem circa uniuersalia. quod
consequenter per exemplum exponit cum dicit acceptionem quidem enim etc.
quia cum homo accepit in sua cognicione quod hec medici
na contulit socrati et platoni tali infirmitate labora
tibus et multis aliis quibuscumque sit. id. hoc ad experi
mentum pertinet. Sed cum aliquis accipit per hoc quod
confert omnibus consistentibus in tali specie egritudinis

Quid sit experimentum (?)

De triplici gradu cognicionis in aliis (?)

uiuere capitur dupliciter (?)

Experimentum (?)

Quomodo conueniunt et differunt ars et experimentum.

Actus et generaciones sunt circa singularia

declarata et per talem complexionem fit quod consulit febricitantibus vel flegmaticis vel colericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit ad agere quidem et cetera. comparat artem ad experimentum per modum preeminencie. Et circa hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognicionem ibi, Sed tamen scire. Dicit ergo quod quantum ad actum pertinet experiencia nichil videtur differre ab arte. Quantum enim ad actionem tollitur differencia que est inter experimentum et artem, que est per universale et singulare, quia sicut experimentum circa singularia operatur ita et ars. Unde predicta differencia erat in cognoscendo tantum. Sed quamvis in operando ars et experimentum non differant, quia utrumque est circa singularia que operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando illis qui habent rationem universalis artis sine experimento. Cuius causa est quia actiones sunt circa singularia et singularium sunt omnes generaciones. Universalia enim non generantur nec moventur nisi per accidens, in quantum hec singularibus competunt. Homo enim generatur hoc homine generato. Unde medicus non sanat hominem nisi per accidens, sed per se sanat Platonem aut Sortem aut aliquem hominem singulariter dictum, cui convenit esse hominem vel accidit esse curatum. Quamvis enim esse hominem per se conveniat Sorti, tamen curato et medicato per accidens convenit. Hec enim est per se: Sor est homo, quia si Sor diffiniretur poneretur homo in eius diffinicione, ut infra in vii dicetur. Sed hec est per accidens: curatus vel sanatus est homo. Unde cum ars sit universalium, experiencia singularium, si aliquis habet rationem artis sine experiencia, erit quidem perfectus in hoc quod universale cognoscit, sed quia ignorat singulare, cum sit sine experimento, multociens in curando peccabit, quia curacio magis pertinet ad singulare quam ad universale, cum ad hoc pertineat per se, ad aliud per accidens.

experiencia et ars non dif[...]

Deinde cum dicit Sed tamen scire et cetera. comparat experimentum ad artem quantum ad cognicionem. Et circa hoc duo facit. Primo proponit preeminenciam artis ad experimentum. Secundo probat ibi, Hoc autem quia hii quidem et cetera. Proponit autem preeminenciam artis vel sciencie quantum ad tria. Scilicet quantum ad scire, quod quidem magis arbitramur esse per artem quam per experimentum. Item quantum ad obviare, quod in disputacionibus accidit. Nam habens artem potest disputando obviare hiis que contra artem dicuntur, non autem habens experimentum. Item quantum ad hoc quod artifices plus accedunt ad rationem sapiencie quam experti, tamquam magis sit, id est contingat, scire sapienciam sequentem omnia, id est cum quis scit universalia. Ex hoc enim artifex sapiencior iudicatur, quia universalia considerat quam expertus. Vel aliter: tamquam magis sit scire per sapienciam omnia sequentem, id est universalia. Alia littera: tamquam magis secundum scire sapiencia omnia sequente, quasi dicat tamquam sapiencia sequente omnia, id est consistente ad unumquodque magis secundum scire quam secundum operari, ut illi scilicet dicantur sapientes qui magis sciunt, non qui magis sunt operativi. Unde alia littera sensum habet planiorem.

[...] preeminencia artis ad experimentum.

Que sic dicit: Tamquam secundum id quod est scire magis omnes sequentes sapienciam. Consequenter cum dicit Hoc autem quia et cetera probat predictam preeminenciam tribus rationibus. Prima probatio talis est. Illi qui sciunt causam et propter quid sunt scienciores et sapienciores illis qui ignorabant causam, sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quid. Artifices vero sciunt causam, quia scilicet et propter quid, et non solum quia. Ergo sapienciores et scienciores sunt artifices expertis. Primam probat cum dicit Architectores et cetera. Probatio talis est. Illi qui sciunt causam comparantur ad scientes quia tantum, sicut architectonice artes ad artes artificum manu operancium. Sed architectonice artes sunt nobiliores et scienciores et sapienciores. Ergo et illi qui sciunt causas sunt sapienciores et scienciores scientibus tantum quia. Hec autem propositionis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum quod architector dicitur quasi principalis artifex, ab archos quod est princeps et techne quod est ars. Dicitur autem ars principalior que principaliorem operacionem habet. Operaciones autem artificum hoc modo distinguuntur, quia quedam sunt ad disposicionem materie artificii, sicut carpentarii secando ligna et complanando disponunt materiam ad formam navis. Alia est operacio ad inductionem forme, sicut cum aliquis ex lignis dispositis et preparatis navem compaginat. Alia est operacio in usu rei iam constitute, et ista est principalissima. Prima vero est infima, quia prima ordinatur ad secundam et secunda ad terciam. Unde manifestum est architectorem respectu eius qui preparat ligna. Gubernator autem qui utitur navi iam facta est architector respectu navisfactoris. Et quia materia est propter formam et talis esse materia debet que forme competat, ideo navisfactor scit causam quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi qui preparant ligna. Similiter cum tota navis sit propter usum ipsius, ille qui navi utitur scit quare talis forma debeat esse, ut tali usui conveniens sit. Et sic patet quod ex forma artificii sumuntur cause operacionum que sunt circa disposicionem materie. Et ex usu sumuntur cause operacionum que sunt circa formam artificii. Et sic manifestum est quod architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices, iudicamus vel dominamur sicut quedam inanimata. Et hoc ideo quia faciunt operaciones artificiales, sed que faciunt ignoranter faciunt, quia scilicet causas non cognoscunt, sicut et ignis exurit absque aliqua cognicione. Est ergo quantum ad hoc similitudo inter inanimata et manu artifices. Sed in hoc est differencia, quia inanimata faciunt unumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices per consuetudinem, que licet vim nature habeat in quantum ad unum inclinat determinate, tamen a natura differt in hoc quod est eorum que sunt ad utrumlibet secundum humanam cognicionem. Naturalia enim non consuescimus, ut dicit secundo Ethicorum, nec in cognicione carencium est consuescere. Hec autem quedam sunt que dicta sunt, sic sunt consideranda tamquam ex eis appareat quod aliqui non sunt sapienciores per hoc quod est practicos, id est operativos esse, quod convenit expertis, sed per hoc quod habent rationem de agendis et cognoscunt causas agendorum, ex quibus rationes sumuntur, quod convenit artificibus. Deinde cum dicit omnino scientis signum est.

poit sciam idem q talis e. Sig^m scie e posse
doce. q id e. q unuqq tuc e pfcm i actu suo
qn pt altem face sibi sile. ut dr .9°. methe.
Sic g signu calitatis qd ad possit calefacere. Ita sig^m
scie est qd possit doce. q e sciam i alio care. Ar-
tifices aut doce possut. q cu cas cogscut ex eis
demore possut. Demraco aut e sillz faciens
scire ut dr p° pfior. expti au no possut docere.
q no possut ad sciam pduce. cu cam ignorent.
et si ea q expimto cognoscut alius tradant non
recipient p modu scie. Sz p modu opiois. ul' cre-
dulitatis. Vn pz qd artifices sut mag sapietes et
scientes exptis. Dem cu d. Amplius au sensuu
n e. poit ccia idem q tal' e. cogncs singlaru ma-
gis sut ppe sensibz q aliq alti cogtoni. Cu ois
cogtio singlaru a sen^u ouat. Sz tn n mi^m .i. nullm
sensu dicim ee sapiam .i. pp h qd sen^s cognoscit. q
n tn cogscit pp qd. g et expti q hnt singlaru
cogne cam ignorantes. sapientes dici no possut.
Dem cu dic. Prim g qd. Copat arte actiua
specl'atiue. Et ca h duo facit. p° o^r q ars spe-
culatia magis e sapia q actia. Sco remdz cuida
obiecti .i. In moralibz aut. o^r aut q p° dem e tali
rone. In qbcuqz sciencis ul' artibz iueniuntur id ppt
qd hoies scientes p alus hoibz in admiracone ul'
honore. Ille scie sut mag honorabiles et mag digne
noie sapie. quibz aut iuentor artis hec i admiracone.
ppt h qd ht sen^m .i. iudiciu ul discrecoem cae ulte
alioz hoim sensu ul no pp utilitate illoz que i-
ueit sz mag admiratur eu sic sapiente ul ab alus
distinguente. sapiente qdem. qntu ad subtilem i-
quisicoem cae rei iuente. distinguente u°. qm ad
iuestigne dria unius rei ad alia. ul' ali. ab alus
distinguente. ut passiue legat. q. i h ab alus dis-
tinguitur. vn alia trnslaco ht. differente. g scie
mag sut admirabiles ul mag digne noie sapie
pp eminenciorem sen^m. et no pp utilitate. Cu g pl'e
ples artes sit repte qm ad utilitate. qz qda sut ad
uite necitate sic mechanice. Queda u° ad i troducto-
nem i alus sciencis. sicut scie logicales. Illi ar-
tifices adi sut sapienciores q^r scie no sut ad utilitate
iuente sz pp ipm scire. hi cni sut sc spe^ue. Et q
spe^ue no sut ad utilitate inuete. pz p h signu. q
iaptis .i. acqsitis ul' repis oibz hi. q possut esse.
ul' ad introductom i sciencis. ul' ad necitate uite. ul'
ad uolupte. sic artes q sunt ad hoim delectacoem.
Scie speclacie no sut repte pp hi. sz pp se ipas. et
qd no sit ad utilitate inuente pz ex loco in quo
iuente sut. In locis cni ullis p° repte sut ubi pmo
hoies studuerut ca talia. alia lra ht. ul p^m huis
locis p uacabat .i. ab alus occupaconibz qescentes
studio uacabant .q. nctius hundantes. vn i ca

egyptu. p° inuente sut artes mathematice. que sut
maxe speclatiue a sacerdotibz qui sut gessi studio
uacare. et de publico expensas hebut. sicut i
legit in genesi. Sz q usus noie artis fuat
ul sapie ul scie .q. indifferent. ne aliqs puter hec
oia ee noia synonima id penit^s significancia.
hanc opiom remoz et remitit ad lib^m moralium
.i. ad sextu ethicoz. i dem e in q differunt scia et
ars. sapia. pdencia et intellcus. et ut breuius
ad psens dicatur. sapia. scia ul intellcus. Sut cca
pte aie speclatiam q^e i scietifica. aie appellat.
Differunt aut i h. Qd intellcus e hitus p° pn^oz i oz
deffinicois. Scia uo e cclonis ex cais i ferioribz. Sa-
piencia u° qsidat cas pmas. vn dr ibid scienciaru caput.
pdencia u° ul ars. e cca aie pte pctica que e roci-
natiua. De cotingentibz opabilibz a nob. et
differut. Nam pdencia dirigit i actoibz q
no trnseut i exteriore mam sz sut pfcones agntis.
vn dr ibi. Qz pdencia e recta ro agibiliu. Ars
u° dirigit i fcoibz q i mam exteriorem trnseut sic
edificare ul secare. vn dr q ars e rcta racio
fcibiliu. Dem cu d. ca a g. o^r ex phitis pn-
cipaliter ppoitu. qd .s. sapia sit cca cas. vn dic qd h e
cui g nc ocone facim^s .i. racinacom pdcam.
q scia illa q denoiatur sapia. oibz ui ee cca cas
pmas. ul pma pn^a qd qd appz ex phitis. vnqz
eni tanto sapiencior e quto mag accedit ad
cae cognem. qd phitis pz. q exptus e sapi-
encior eo. qui ht solu sen^m sn expimto. et ar-
tifex e sapiencior expto qqz ul mes artifices
ul architector e sapiencior manu artifice. et
mes artes i scias speclatiue sut mag sapie
q actiue. ul h oia ex pdcis patent. vn relin-
quitur q illa scia q simplr e sapia. e cca cas et
e sile modi argui. sic si diem^s id q est mag
calidu e mag igneu. i quod simplr est ignis
est calidum.

Qm autem scia et c. Postq o^r q sa-
piencia sit qda scia. cca cas exnces. hic uult
ostende. cca qles cas et cca qlia pncipia sit. o^r au
qd e cca cas maxie ules ul pas. Et argumtatur
.q. a diffone sapie. ex hus que hoies de hoie
sapiente et sapia opinantur. Sco o^r qd oia ista
qunt uli scie q qsidat cas pmas et ules. i.
Istoz aut oia i e. Tcio qcludit ppoitu i. ex
omibz g et c. Circa pmu poit .vi. opiones
hoim quer. q de sapia hnt. pmu i. p^m itaqz.
q est talis. qd qre oms accipim^s sapiente maxe
scire oia sicut eu decz. Sco qd hat noticia
de omibz singlbz. h eni e impole cu singlria
sint infinita et infita intellcu qphendi non
possut. sm po. i. pca ul e ista. q illu sapi-

Qm in q differunt scia ul ars sapia pdencia ul intellcus

caput

sapiente

eum ponimus esse qui est potens, id est potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, et illa que non sunt levia cognitu hominibus ad sciendum, quia commune est omnibus sentire, id est sensibilia cognoscere. unde cum hoc sit facile, et non est sophon, id est ad sapientem, id est ad sapientem pertinens. et sic patet quod id quod proprie ad sapientem pertinet non leviter ab omnibus cognoscitur. Tertiam ponit ibi. Ad hoc certiorem. et est quod nos illum dicimus sapientem esse qui de illis que scit certitudinem habet magis quam alii communiter habeant. quartam ponit ibi. Et magis causarum dicentem vel docentem, et est talis. magis dicimus illum sapientem esse in omni scientia qui potest assignare causas cuiuslibet quesiti et per hoc docere. quintam ponit ibi. Sed harum scientiarum esse. et est quod illa de numero scientiarum scientia est sapientia que propter se est magis voluntaria, id est voluntaria et gratia sciendi, id est propter ipsum scire volita magis quam illa scientia que est causa quorundam aliorum generandorum, que possunt ex scientia provenire, sicut est necessitas vite, delectationes et alia huiusmodi. Sextam ponit ibi. Et hanc sapientiam et cetera. Et est talis. quod istam sapientiam de qua facta est mentio oportet esse vel dicimus esse magis antiquiorem, id est digniorem, famulante scientia. Quod quidem ex predictis intelligi potest. Nam in artibus mechanicis famulantes sunt ille que exequuntur manu operando precepta superiorum artificum, quos supra architectores et sapientes nominavit. et quod magis conveniat ratio sapientis scientiis imperantibus quam famulantibus probat per duo que scilicet famulantes patiuntur a superioribus scientiis. artes enim famulantes ordinantur in finem superioris artis sicut ars equestris in finem militaris. Sed sapientem secundum communem opinionem non oportet ordinari ab alio, sed ipsum potius alios ordinare. Item inferiores artifices persuadentur a superioribus in quantum credunt superioribus artificibus circa operanda vel facienda. credunt enim manufactores gubernatori docenti qualis debet esse forma navis. sapienti autem non competit ut ab alio persuadeatur, sed quod ipse aliis persuadeat suam scientiam. Iste igitur sunt tales opiniones quas homines accipiunt de sapientia et sapiente. Ex quibus omnibus potest quedam sapientie descriptio formari, ut ille sapiens dicatur qui scit omnia etiam difficilia per certitudinem et causam, etiam ipsum scire propter se querens, et alios ordinans et persuadens. et sic patet maior sillogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, et econverso quicumque est talis sapiens est. Deinde cum dicit. Istorum autem et cetera. ostendit quod omnia predicta conveniunt ei qui considerat primas causas et universales, et eo ordine prosequitur quo superius proposuit. Unde primo ostendit quod habentem scientiam universalem maxime inest omnia scire, quod erat primum. quod ex hoc patet. quicumque scit universalia aliquo modo scit ea que sunt universalibus subiecta, quia scit ea in potentia. Sed in hiis que sunt maxime universalia subiciuntur omnia. ergo ille qui scit maxime universalia scit quodammodo omnia. Deinde cum dicit. Et fere autem et cetera. ostendit secundum eidem inesse secundum talem rationem. Illa que sunt maxime a sensibus remota difficilia sunt hominibus ad cognoscendum. Nam sensitiva cognitio est omnibus communis, cum ex ea omnis humana cognitio initium sumat. Sed illa que sunt maxime universalia sunt a sensibilibus remotissima, eo quod sensus singularium sunt. ergo universalia sunt difficilia hominibus ad cognoscendum. et sic patet quod illa scientia est difficillima que est de maxime universalibus.

Quid est sapiens

Sed contra hoc videtur esse quod habetur primo physicorum. ibi enim dicitur quod magis universalia sunt nobis primo nota. Illa autem que sunt primo nota sunt magis facilia. Et dicendum quod magis universalia secundum simplicem apprehensionem sunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, ut Avicenna dicit. et prius in intellectu cadit animal quam homo. sicut enim in esse nature, quod de potentia in actum procedit, prius est animal quam homo, ita in generatione scientie prius in intellectu concipitur animal quam homo. Sed quantum ad investigationem naturalium proprietatum et causarum prius sunt nota minus communia, eo quod per causas particulares que sunt unius generis vel speciei pervenimus in causas universales. Ea autem que sunt universalia in causando sunt posterius nota quoad nos, licet sint prius nota secundum naturam. quamvis universalia per predicationem sint aliquo modo prius nota quam minus universalia, licet non prius nota quam singularia. Nam cognitio sensus, que est singularium, in nobis precedit cognitionem intellectivam, que est universalium. Et attendendum est quod non dicit hoc quod dicit maxime universalia non simpliciter esse difficillima, sed fere. Illa enim que sunt a materia penitus separata secundum esse, sicut substantie immateriales, sunt magis difficiles ad cognoscendum nobis quam etiam universalia. et ideo ista scientia que sapientia dicitur, quamvis sit prima in dignitate, est tamen ultima in addiscendo. Deinde cum dicit. Scientiarum vero. ostendit tertium eidem inesse tali ratione. quanto aliqua scientie sunt priores naturaliter tanto sunt certiores. quod ex hoc patet, quia ille scientie que dicuntur ex additione ad alias sunt minus certe scientiis que pauciora in sua consideratione comprehendunt, sicut arismetica est certior geometria. Nam ea que sunt in geometria sunt ex additione ad ea que sunt in arismetica. Quod patet si consideremus id quod utraque scientia considerat ut primum principium, scilicet unitatem et punctum. punctus enim addit supra unitatem situm. Nam ens indivisibile rationem unitatis constituit, et secundum quod habet rationem mensure fit principium numeri. punctus autem supra hoc addit situm. Sed scientie particulares sunt posteriores secundum naturam universalibus scientiis, quia subiectum earum addit ad subiectum scientiarum universalium. sicut patet quod ens mobile, de quo est naturalis philosophia, addit supra ens simpliciter, et ens quantum, de quo est mathematica. ergo scientia illa que est de ente et maxime universalibus est certissima. Nec est contrarium quod dicitur esse ex paucioribus, cum supradictum sit quod sciat omnia. Nam universale comprehendit quidem pauciora in actu, sed plura in potentia. et tanto aliqua scientia est certior quanto ad sui subiecti considerationem pauciora actu consideranda requiruntur. unde scientie operative sunt incertissime, quia oportet quod considerent multas singularium operabilium circumstantias. Deinde cum dicit. Et enim doctrinalis et cetera. ostendit quartum eidem inesse tali ratione. Illa scientia est magis doctrix vel doctrinalis que magis considerat causas. illi enim soli docent qui causas dicunt, quia scire per causam est, et docere est scientiam in alio causare. Sed illa scientia que universalia considerat, considerat causas primas omnium causarum. unde patet

Quomodo universale est magis notum prius et quomodo econverso.

qd ipa est maxime doctrix. Deinde cum dicit. noscere etc. ondit
quintum eidem inesse tali ratione. Illa est scientia magis doctrix
uel doctrinalis que illarum scientiarum magis facit scire et cognoscere
earum causa. id est propter se ipsa et non propter alia que sunt de maxime
scibilibus sed ille scientie que sunt de primis causis sunt de maxime scibilibus
ergo ille sunt causa maxime desiderate. Primum sic probatur. Qui
desiderat scire. magis desiderat scire propter scire. magis scire
magis desiderat. Sed maxima scientia est de maxime scibilibus
ergo ille scientie sunt magis desiderande propter se ipsas. que sunt
de magis scibilibus. Secundum probatur sic. Illa ex quibus et propter
que alia cognoscuntur sunt magis scibilia. huiusmodi que per ea cognoscuntur
Sed per causas et principia alia cognoscuntur et non econtra. ergo etc.
Deinde cum dicit. maxime. ostendit sextum inesse eidem. et est ratio
talis. Illa scientia se habet ut principalis. siue architectonica ad subalter-
nam ad famulantem. que considerat causam finalem. cuius causa agen-
da sunt singula sicut apparet in hiis que supra diximus. Nam
gubernator ad quem pertinet usus nauis qui est finis nauis
est quasi architector respectu nauisfactoris qui ei famulatur. sed predicta scientia
maxime considerat causam finalem rerum omnium. quod ex hoc patet. quia
hoc causa cuius agenda sunt singula est bonum. cuiusque. id est particulare
est bonum particulare finis est bonum in unoquoque genere. id est uniuersaliter que est
finis omnium. id est ipso uniuerso est hoc quod est optimum in tota
natura et hoc pertinet ad considerationem predicte scientie. ergo predicta scientia
est principalis. siue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit. Ex omnibus
que dicta sunt etc. Concludit ex predictis conclusionem intentam
dicens quod ex omnibus predictis apparet quod in eandem scientiam cadit
nomen scientie quod querimus. scilicet nulla scientiam que est theorica. id est
speculatiua. primorum principiorum et causarum. hec autem inuenitur quantum ad vi.
primas conditiones que manifeste pertinent considerant uniuersales
causas. Sed quia sexta conditio tangebat finis considerationem que
apud antiquos non manifeste ponebatur esse causa. ut infra dicetur.
Ideo specialiter ostendit quod hec conditio est eidem scientie. que scilicet est con-
sideratiua primarum causarum. quia unum ipse quod est bonum et eius causa
finis. alia est una de numero causarum. Vero scientia que considerat
causas primas et uniuersales. oportet quod considerat uniuersalem finem omnium
quod est optimum in tota natura. Quod autem non actiua etc.
Ostenso esse que inueniuntur conditiones huius scientie. ostendit qualis sit scientia ista
Et circa hoc tria facit. primo ostendit dignitatem huius scientie. secundo ostendit ad
quem terminum ista scientia peruenire conetur. ibi. Oportet uero eius ordi-
nem etc. Circa primum quinque facit. primo ostendit quod non est scientia actiua sed
speculatiua. secundo quod ipsa est libera maxime. ibi. Sed ut dicimus etc.
tertio quod non est humana. ibi. propter quod et iuste. quarto. quod est hono-
rabilissima ibi. nec ea alia etc. primum ostendit dupliciter. primo per rationem sophi-
sticam. ibi. testatur autem hac etc. primo ergo ponit talem rationem
Nulla scientia in qua queritur ipsum propter se ipsum est scientia actiua. sed
omnis scientia est speculatiua talis. sed ista scientia que sapientia uel
philosophia dicitur esse propter ipsum scire ergo est speculatiua et non actiua.
Minorem hic manifestat. quicumque querit fugere ignorantiam
sicut finem tendit ad ipsum scire propter se ipsum. sed illi qui
philosophantur querunt fugere ignorantiam. ergo querunt scientiam
propter se ipsam. Quod autem ignorantiam fugere querunt patet
ex hoc quod illi a principio philosophati sunt et qui nunc philosophantur. incipi-
unt philosophari per admirationem. aliter tamen a principio et nunc. quia
a principio admirabantur dubitabilia pauciora que magis
erant in promptu ut eorum causas cognoscerent. sed postea
ex cognitione manifestorum ad inquisitionem occultorum pau-
latim procedentes inceperunt dubitare de maioribus et
occultioribus sicut de passionibus lune. ut de eclipsi eius
et motu ipsius et magnitudine eius. et de hiis que
sunt circa astra sicut de quantitate ipsorum et motu eorum
et ordine et aliis et hiis. et etiam de totius uniuersi
generatione quod quidam dicebant esse generatum casu. quidam
intellectu. quidam amore. constat autem quod dubitatio et ad-
miratio ex ignorantia prouenit. cum enim aliquos mani-
festos uidemus effectus quorum causa nos latet. tunc illorum
effectuum admiramur. et ex hoc quod admiratio fuit causa
inducens homines ad philosophiam patet quod philosophus est philo-
mitos. id est amator fabule. quod proprium est poetarum.
unde primi qui per modum quarundam fabularum de principiis
rerum tractauerunt. dicti sunt poete. theologizantes
sicut fuit perseus et quidam alii qui fuerunt ante. vii. sa-
pientes. Causa autem quare philosophus comparatur poete est ista. quia
uterque circa miranda uersatur. nam fabule circa quas uer-
santur poete ex quibusdam mirabilibus constituuntur. ipsi
etiam philosophi ex admiratione sunt ad philosophandum. et quia ad-
miratio ex ignorantia prouenit. patet quod ad hoc moti sunt
ad philosophandum ut ignorantiam effugerent. et sic deinde patet
quod ad scientiam persecuti sunt. id est studiose quesierunt so-
lum ad cognoscendum et non causa alicuius usus. id est utilitatis. Notandum
est autem quod cum prius nomine scientie uteretur nunc ad nomen philosophie
se transfert nam pro eodem accipiuntur. cum enim antiqui studio
sapientie insistentes. sophi. id est sapientes uocarentur
pitagoras interrogatus quid se esse profiteretur. noluit se
sapientem nominare. sicut sui antecessores. quia hoc presum-
ptuosum sibi uidebatur. sed uocauit se philosophum. id est sapien-
tie amatorem. et exinde nomen sapientis mutatum est
in nomen philosophi et nomen sapientie in nomen philosophie. quod etiam nomen
ad propositum facit aliquid. Nam ille uidetur sapientie amator qui
sapientiam non propter aliud. sed propter se ipsam querit. qui enim aliquid
propter alterum querit. magis hoc amat propter quod querit quam quod
querit. Testatur autem. Hic probat idem per signum dicens.
quod hoc quod dictum est. scilicet quod sapientia uel philosophia non sit propter aliquam
utilitatem quesita sed propter ipsam scientiam. testatur accessus. id est
euentus eorum qui esse inuentores philosophie peruenerunt. Nam cum essent
cuncta fere existentia que sunt ad necessitatem uite et que sunt
ad pigritiam. id est ad uoluptatem que in quadam uite quiete
consistit. Et que sunt etiam ad eruditionem necessaria sicut scientie
logicales que non propter se queruntur. sed ut introductorie
ad alias artes. a principio incepit queri talis prudentia. id est
sapientia. ex quo patet quod non queritur propter aliquam necessitatem aliam
a se. sed propter se ipsam. nullus enim querit hoc quod habet.
unde omnibus aliis habitis ipsa quesita est. non propter ad aliud
quesita est. sed propter se ipsam. Sed ut dicimus etc. Hic
probat scientiam. scilicet quod ipsa sit libera et utitur tali ratione.

Ille hō ꝓprie dī liber qui nō ē alt̄ī cā. sȝ ē cā sui
ipī. Serui n. dnōꝝ sūt ⁊ ꝑ dnōs opant̄ʳ. Et eis
acq̄rūt q̄cqd acq̄rūt. Libi aūt hoīes sūt sui ipoꝝ ut
pote sibi opantes ⁊ acq̄rētes. Sola aūt h̄ scīa ē ꝑ se
ipām. g̃ ipā sola ē libā int̄ scīas. Et notād̄ q h̄ pāē
dupl̄r intelligi. vno m̄ qd̄ h̄ q dī h̄ sola demōstret
oēm scīam speculatīuā et tūc vm ē q solū h̄ genus
ꝑ se ipm q̄rit̄ʳ. vn̄ ⁊ iste sole artes libales
dnr̄ q̄ ad scīr̄ ordināt̄ʳ. Ille uō q̄ ordināt̄ʳ ad
alīq̄ aliā utilitatē ꝑ actōm hūana dnr̄ mechanīce
sūe suiles. Alio m̄ ut demōstret spālr̄ istam
sapiam q̄ ē cīca altissīās cās. q̄ int̄ cās altissimas
ē ⁊ cā finalis. ut sup̄dcm ē. vn̄ oȝ q h̄ scīa
ꝯsidet ultīm et ulem finē oīm ⁊ sic oēs alie
in eā ordiant̄ʳ sīc ī finē. vn̄ sola ista maxīe ꝑ se
est ꝓp q̄ ⁊ iuste ⁊c̄. Hic ꝓbat t̄ᵒ. s. qd̄ non sit
hūana. Et c̄ h̄. z. facit. ꝑ oᵗ ꝓpositū. sc̄o exclu
dit q̄dā errorē i. q̄ sm symonida ⁊c̄. Dīc aūt
ꝓpositū tali rōne. Scīa q̄ ē maxīe libā nō pot̄
eē ut possō uō illi q̄ multip̄r ē minist̄ ul' an
cilla. hūana aūt n̄ in mltas. i. q̄ ad mlta est
ministra. ī q̄m nl̄ necītatibȝ ex quo ꝓuenit qd̄ q̄nȝ ꝑ
tinet id qd̄ ē sm se q̄rendū ꝑ ea q̄ sūt necīa
uite. sic dī ī topicoꝝ. q phari meli' est q̄ di
tari. licȝ ditari sit q̄nȝ mag̃ eligendū indigenti
necītīs. Ex quo pȝ q illa sapia tm̄ ꝑ se ipām
q̄rit̄ʳ que nō ꝯpetit hoī ut possō. Illud n. dī ab
hoīe ut possō qd̄ ad nutū hr̄e pot̄ ⁊ q̄ libe ꝑ
uti. Ea aūt scīa q̄ ꝑ se tm̄ q̄r. hō nō pot̄ libe
uti cū f̄q̄nt̄ ab ea ipediat̄ʳ ꝓp uite necītates.
nec ē ī ad nutū subiecta hoī cū ad eam ꝑfcē hō
ꝑuenire nō possit. id tn̄ modicū q ex ea hr̄
ꝑpondāt oībȝ. q̄ ꝑ alias scīas cognoscunt̄ʳ. Quare sȳ
monida. Hic excludit errorē cuidā symonidis
poete qui dicebat qd̄ soli dō ꝯpetit hūc honorē
hr̄e qd̄ uelit illā scīam q̄ ꝑ se ipām q̄renda
ē et nō ꝓp alīd. sȝ nō ē dignū viro qd̄ nō q̄rit
illā scīam q̄ ē sm suā ꝯdcōm. q̄. s. ordinat̄ʳ ad
necīa uite q̄bȝ hō indigȝ. Iste aūt error sȳ
monidis ꝓueniebat ex alio poetaꝝ errore. qui
dicunt qd̄ res dīna īuidȝ ⁊ ex īuidia ea q̄ ad
honorē suū ptinet nō uult ab hoībȝ attep
tari et si in aliis deus hoībȝ īuidȝ. Multo est
iustū ī h̄. s. ī scīa ꝑ se q̄sita q̄ ē honorabilissima
int̄ oīa. Et ꝑ eoꝝ opinōm sequit̄ʳ q oēs inꝑfcī
sūt īfortunati. fortunatos n. eē hoīes di
cebāt ex prudenᵃ deoꝝ q̄ eis bona sua ꝯicabāt
vel ex īuidia deoꝝ sua bona ꝯicare nolentium.
Scd̄ qd̄ hoīes exīn̄ ꝑscrutōm h̄ sciē sūt īfortunati.
Sȝ radix h̄ opinōis ē falsissimā q̄ nō ꝯuenit qd̄
alīq̄ res dīna īuideat. Qd̄ ex h̄ pȝ. q īuidia
ē tristicia de ꝓspitate alicu' qd̄ nō accidit non

cum dicit. Et quoniam potest esse disputatio contra ipsos numeros.
et habet illa pars duas. in quarum prima disputat contra eos osten-
sive. in secunda ut ibi. et cum estimaverunt ducendo ad
impossibile. prima ad hoc habet .2. in prima p. disputat contra eos
ostensive et in universali. in secunda ut ibi. Et cum hec fuerit.
descendit in speciali ad res naturales. ostendit quod non
generantur ex numeris. In prima parte dat unam rationem
communem. et est. si omnia entia sunt ex numeris
ut ipsi ponebant. tunc omnino non est motus. cum
motus non insit numeris eo quod numeri res ma-
thematice sunt. et si motus non est. non est alteratio.
neque motus celestes diversi. et si hoc. non
generantur res ex numeris. cum generatio non fiat sine
alteratione et sine motibus corporum supra celestium.
hec ratio simul dando contra eos innuit modum. Consequenter
cum dicit. et cum hec fuit. descendit in speciali ad naturales.
declarans quod non generantur ex numeris. et illa
pars habet .2. in prima p. ostendit quod corpora naturalia que sunt
sub celo non generantur ex numeris. in secunda ut ibi. qui
et numeri qui sunt. ostendit quod celum et celestia non
generantur ex numeris. prima ad hoc habet .2. in prima p. ostendit
ipsa corpora que sunt sub celo non generantur ex numeris.
in secunda ut ibi. Et non quoniam. quod passiones illorum
corporum non generantur ex numeris. primum ostendit sic. corpora que
sunt sub celo aut sunt gravia aut levia. cum ergo
numerus non habeat gravitatem aut levitatem. sed neque u-
nitas gravis aut levis. cum sit tota substantia numeri.
quod improbatum est In tertio celi et mundi. corpora
gravia aut levia ex numeris non generantur. cum
hiis gravitate aut levitate ex non gravi vel levi
non generetur. quod scilicet in tertio celi et mundi impro-
batum est. hec ratio sic quasi sub questione innuit
commentator. secundo dat mediam cum dicit. corporum. n. t c. dicens
quod corpora que sunt sub celo aut sunt gravia
aut levia. non sunt corpora mathematica. que tamen secundum
pitagoricos sunt eadem cum corporibus sensibilibus et [illegible]

ipsorum dignius alio. cum tamen ista quam illa secundum eos constent ex eisdem principiis .s. ex numeris. ex quo concluditur cum dicit. *et ideo non dixerunt* quod propter hoc. quod posuerunt eadem principia corporum sensibilium et mathematicorum non possunt reddere causam de igne et de aliis elementis. quare quedam sunt gravia et quedam levia. nec etiam possunt reddere causam aliquibus corporum que apparent in sensibilibus eo quod intendebant reddere causas sensibilium et mobilium. ex non sensibilibus et non mobilibus. Consequenter cum dicit. *Et eodem quomodo.* ostendit quod passiones corporum que sunt sub celo non generantur ex numeris. quia si sic. non generarentur nisi ex passionibus numeri que sunt par et impar quod est inconveniens. cum passiones numeri ad passiones rerum sensibilium cuiusmodi sunt albedo vel nigredo et huiusmodi nullam habeant comparationem. Consequenter cum dicit. *Et numeri qui sunt.* ostendit quod celum et celestia non generantur ex numeris/ sic. si celum generaretur ex numeris quare illi essent comparata ipsi celo. et semper existentes sicut et celum. et ita alterius non essent numeri de quibus generantur hec inferiora generabilia et corruptibilia. sed secundum pitagoricos non sunt numeri alterius nisi ex quibus celum et hec inferiora/ sed eiusdem. quare celum ex numeris non generatur. hoc rationis secundum potentiam maiorem. secundo minorem cum dicit. *et nullus alius numerus.* Consequenter cum dicit. *Et cum estimaverit.* disputat contra numeros. ducendo ad impossibile et supponendo omnia entia generari ex numeris. ducit ad duo impossibilia. quorum primum est. quod omnis scientia et estimatio habita de partibus erit incorruptibilium et intransmutabilium cum partia constent ex numeris qui de se intransmutabiles et incorruptibiles sunt. hoc autem est impossibile. Consequenter cum dicit. *Et dicunt quod hoc est.* ducit ad aliud impossibile vel sic patet. primo tangit duas rationes ducentes pitagoricos in suam positionem. secundo ut ibi. *quam propter quod.* ex positione ipsorum ducit ad impossibile. est autem prima ratio ipsorum. quia entia in maiori parte sunt in numero pari. quedam enim sunt secundum unus vel quedam infinitus. et sic de aliis contrariis. propter quod posuerunt pitagorici entia esse ex binario. qui est numerus par. secundam rationem tangit cum dicit. *et mixtio est.* et est. quia omnia mixta ante mixtionem sunt distincta et discreta ab invicem. discretio autem distinctio non est sine numero. immo debetur numero. propter quod posuerunt omnia entia esse ex numeris. Consequenter cum dicit. *quam propter quod.* ex ista positione pitagoricorum. ducit ad impossibile sic. cum entia constent ex numeris. et numeri sint continui et non quales: magnitudines vel quantitates ipsorum entium ex numeris causabuntur. id est quod quantum ad numeros non omnium entium erit eadem natura. sed qualitates et differentie substantiales. secundum quas diversantur entia ab invicem nomine vel diffinitione. id est quod quedam corporum dicuntur celum et quedam ignis. et

sic de aliis. ex numeris non causabuntur secundum eos. sed ex locis ipsorum corporum. id est. quod forte hic dicitur substantialis non causa loci. sed locus causa ipsius forme. quod est impossibile. quia ex hoc sequeretur quod idem corpus cum fuerit in loco suo erit celum aut ignis. cum autem in loco alio. erit aliud corpus. ut .s. aqua. aut terra. quod est inconveniens. et id inconveniens secundum eos accidit ubique in omni corpore.

Hic disputat. *Plato autem dicit.* hic disputat contra opinionem platonis. et procedit sic. primo diversificat positionem platonis de numeris a positione pitagoricorum. secundo ut ibi. *Qui autem posuerunt.* incipit disputare contra platonem et suos. In prima parte diversificat platonem a pitagoricis dicens/ quod pitagorici posuerunt numeros causas et principia sensibilium et omnes numeros dixerunt esse sensibiles. plato autem non sic. immo posuit ipsa sensibilia esse numeros. et sic causas vel principia sensibilium dixit esse numeros. ita tamen quod numeros quos dixit esse causas sensibilium posuit non intelligibiles. quos quidem dixit esse ydeas/ numeros autem quos dixit esse ipsa sensibilia. posuit non sensibiles. et quia satis disputatum est in parte precedenti contra numeros positos a pitagoricis. propter hoc subiungit cum dicit. *dimittamus* quod vult nunc dimittere opiniones pitagoricorum. quia conveniens est ad destructionem imparium ex precedentibus. Consequenter cum dicit. *Qui autem posuerunt* Incipit disputare contra platonicos. et dividitur illa pars in .2. in quarum prima narrando inconveniens arguit eos ex sua positione. in secunda ut ibi. *Deficientes autem.* ex intentione et per rationes disputat contra eos. In prima parte narrando inducit .4. inconvenientes contra platonicos. quarum prima est. quod platonici cum volebant querere causas scientie et existencie ipsorum sensibilium composuerunt eas ex rebus per se existentibus ab ipsis sensibilibus separatis. hoc est ex ydeis quas posuerunt et non ex specialibus naturis ipsorum sensibilium. unde in hoc peccaverunt. Consequenter cum dicit. *et secundo acceperunt.* infert aliam inconvenientem positionem. et est. quod platonici posuerunt species ipsorum sensibilium quas dixerunt numeros equales in numero ipsis sensibilibus generatis. et non pauciores ipsis. licet si aliquis vellet per aliquem numerum numerare aliqua numerabilia vel non possit per illum numerum numerare pauciora numerabilia contentibus existentibus in illo numero. sicut non potest numerare plura immo numerat numerabilia que equalia continentur illi numero. sic posuerunt platonici equalitatem in suis ydeis. et in ipsis sensibilibus generatis. ex quo concluditur cum dicit. *species est* quod species secundum platonicos aut sunt equales ipsis sensibilibus aut non pauciores ipsis. quorum utrumque est inconveniens. inventa enim et quasi infinita sunt sensibilia contentis speciei. non sic tamen exponit commentator istam inconvenientem positionem. immo secundum ipsum inculpat platonicos in hoc quod solum posuerunt ydeas sive numeros suos numerum parem. et

no num iparem. cu tn nullam herent ro-
nem ad hoc. cu nus ipar sit spes nuj. sic
nus par. Intelligit .n. ut dr com. p eqlitate
Consequenter cum dr. Et isti diminuit. dat terciam
inconvenienciam / et est / quod platonici in inquirendo
cas scie vel existencie substancialium declinant a via
recta in quirunt eas cum inquirunt in predicto. et
hoc quia recta via inquirendi eas est. inquirendo
unum quod e omnibus ipsis substanciis de quibus que scia,
non equocum sed univocum. et hoc. Sive queratur
scia de sensibilibus generabilibus et corruptibilibus / sive de eter-
nis / et ideo quod secundum com. est non spalem q nullum habet
esse / secundum quod facit eas substancialia / non secundum quod est
in intellectu. ista a via recta diminuit platonici
cum querunt eas scie substancialium ex ipsis ydeis. quas
posuerunt formas singulares / et non quas. Consequenter cum
dicit. et non declaravit. dat quartam inconvenienciam / et
est / quod platonici in ponendo ista sensibilia vel suas
ydeas non declaraverunt distinctionem inter esse vlis et particularis.
eo quod posuerunt tam singularia quam suas ydeas res
singulares / de formis vli non dicentes. et quia hoc omnino
destruxerunt sciam / eo quod ex particularibus non potest fi-
sillis. non in ex nobis ipsis possunt nobis manifes-
tari forme vles / de quibus est scia. Scia .n. per sil-
lm acquiritur / quam per demonstracionem. Sed per non sciere et
sermonum acceptorum a sensus / manifestum est nobis quod forme
vles sunt ille de quibus est scia / cum non est,
illa forma q una est in multis. et una predicabilis
de multis. et hoc secundum aristotilem ut dr ad predicari
de aliquo dicendo hoc esse hoc. et quia iam distinxit
inter vlia et particularia / vel intellectus comprehendit vle et
ymaginatio particulare. Ideo hoc distinguit. Consequenter cum dr
Ex ymaginatione inter non ymaginacionis vel intellectus
Intendens quod comprehensio alicuius corruptibilis collo-
cati sub genere est ymaginacio. et ideo comprehensum
est ymago. et non res intellecta. Intellectus autem
non comprehendit non vle. Sed quod non est, quod dicit
com / quod dicit hoc quasi intendet / quod ista
substancia habet duos modos comprehensionis. unum
s. qui non est scia eorum sed ymaginacio. et
alium. qui est scia eorum / et hoc est. cum comprehen-
duntur vlia ab intellectu / si tibi placet. possumus aliter
inducere hec pars ab illo loco. Qui autem posuerunt
dico quod huc usque dedit causam positionis platonis. et
quod in parte sequente destruit suam positionem. Sed modo
primo exponit com. Consequenter cum dicit. vivificantes
autem. Incipit ex intencione disputare contra platonicos. vel
dicitur illa pars in .i. m. q. p. disputatio contra eos per ro-
nes aliorum. in secunda ibi. et erraverunt. per rones
proprias. In prima parte dat .v. rones. q. p. est omnium. alie
autem .iiii. ducentes ad inpossibile. Ratio prima est hec. Qui-
dam enim opinantes esse species dicunt species esse de

numero correlatorum. et simili. non sunt per se ex-
istentes et absolute separate a sensibilibus ut po-
suit plato. hec ratio dat intellectum primo. Secundo quod cum
dicit. et non opinantur. quod autem species sint
correlative dicit com manifestum esse ex diffinicione speciei.
que est secundum ipsum / quod species est id / quod est
magis proprium duorum illorum / quod potest respondere
ad questionem factam per quid. Consequenter cum dr. et quidam
dicunt. dat secundam rationem / et est / si hec singularis
homo est homo separatus. forma exterius ut posuit plato.
cum homo separatus secundum ipsum sit forma singularis
ad hunc est dicere hominem ab ipso separatum esse ipsius
ydeam. eadem ratione quod prius / cum sit res singularis
et sic est procedere in infinitum in ponendo ydeas ydearum
quod est inconveniens. hec ratio solum dat intellectum. Consequenter
cum dicit. Et ista auferunt. dat terciam rationem et
est / qui ponunt ydeas formas singulares ut posuit
plato. auferunt diffinicionem speciei. et ita sciam de
specie / et vli vlis. vel et destruunt sciam. quia enim
quelibet forma exterius secundum platonem est una numero / cum
unum numero non predicetur de pluribus / vel diffinicio speciei
sive vlis est quod predicatur de pluribus. patet quod
destruunt diffinicionem speciei. et vli vlis. et addit
cum dr. et perpue / quod inconveniens maxime accidit
illis qui dicunt quod non species abstracta est eadem
cum non substancialibus. Consequenter cum dicit. et generare
dat quartam rationem. et est. ducendo ad hoc in-
conveniens / quod sequitur per platonem / ipse posuit magis
communis ex sua positione. quod genus vel species sunt
priora eis ex quibus componuntur illa que collocantur
sub illo genere et illa specie. et hoc. quia posuit
genus vel species res existentes per se / sic autem cum
posuit speciem quaternariorum esse quaternarium sin-
gulare. posuit quaternarium prius secundum naturam eis col-
locatis sub quaternario ipsum quaternarium constituentibus.
cum ergo dualitas sit unum elementorum constituentium
quaternarium. sequitur ex sua positione quaternarium esse
priorem dualitate. et sic potest intelligi de aliis numeris.
et vli ex sua positione quod compositum ex elementis
prius est ipsis elementis quod est inconveniens. Consequenter cum dr
et in hoc est relatio. dat quintam rationem et est. ydea
quam posuit plato comparationem habet ad id cuius est ydea
in quod predicatur est de ipso. ipsa enim ydea de se ipsa
predicatur est. quare cum ipsa sit forma singularis per platonem
et una numero. unum numero predicabile est de pluribus
quod est inconveniens. Consequenter cum dr. et alia que dicunt.
quasi epilogando subiungit. quod iam dicte rones
et plures alie sunt que posuerunt quidam contra opinionem
platonicorum de formis.

Et erraverunt. hic dat rones proprias contra
opinionem platonis de ydeis. et dividitur hec pars in
duas. in .q. p. disputat contra hoc quod posuit

ydeas esse et ipas ee nuos. In fa ut i. Et cu
plura. g hoc quod posuit ipas ee cas sensibi
liu. pma ad h m. 7. m. q. p. disp g h qd po
suit ydeas ee. In fa ut ibi. Et t si spes. g
hoc quod posuit ipas ee nuos. ad h pma m. 7.
m. q. p. declarat qd ydee no sut apd res na
les. in fa ut i. et t cu spes declat qd ydee
no sut apud res artificiales. p ad h hz. 7.
In. q. p. destruit ydeas ee apd res nales t ipas
ee utiles gnom et cognicoi sensibiliu ut posuit
plo. In fa ut i. dice ue spes. destruit ipas y
deas ee res extres quod sic posuit plo. pma
ad h lit duas. m. q. p. destruit ipas ydeas
ee apud res nales in fa ut i. et ambig ho
disputat g hoc qd plo posuit ipas ee uti
les. p ad h lit. 7. m. q. p. ex pone ipius
plois ducit ad incons. in fa ut i. fm au
necm. ex nca estimata a plone duc ad oppom
sue opionis. ex pone au plonis duc ad in
quens sc. plo ut saluaret scire t intelligere.
posuit ydeas ut pz ex pdcis. cum g non
solu sit intellige et scire sbas sz t accia.
errauit plo in ponido ydeas sbaz tm et
no accnm aut si posuit ydeas accnm. po
suissz forma accntale p se existnte separa
a sbito quod e incons. g po plois ex qua
se inquens fuit. Consetr cu dt. p a necm
ex nce estimata p plom ducit ad oppoitu
sue opiois. et cotinet h ps. 7. rones. q. p.
de 3ia ibi. Si g e spes rez. et est forme
quas posuit plo t scdm sua opiom declant
et notificant sua sbita. et h ecnlr et non
accnlr sicut acce declant sua sbita. et ecia
dnr de ipis cu g fore qs posuit plo t vli
fore vles ecnali declent sua sbita. manm e
qd no sut separate a suis sbitas p se existe
tes. sz sut vnite ipis. ita q h qd pdicatr de
ipis sut eede cu ipis i actu cui oppom posu
plo. h rois p ponit gom. fo ut i. qr declaro
dat mem. 3cio cu dt. dico ut in alio. expoit p
exm. h qd dix. accns declare suu sbitu accnali
sc. si aliqd sit duplu et ecnu si alom ipoz
dicat de reliquo. h erit accntali. ut si dicat
quod duplu est ecnu pdicat declat subitu
accntali sicut dr qd medic e music. quia
medicus et music accidut eid sbo. ex quibz
infert qrto cu dt. et res qz spes gom pncia
lem dicens qd pp hoc q fore vles ecnli de
clant sua sbita. signt ipa sbita suas formas
i qd no absoluntr ab intellcu ipaz. et t ipe
fore sut in ipis sbitis i qd fora existns vna
pdicabit est de mltis quod tn negauit plo.

Consetr cu dt. Si g est spes dat scdam rom
et est si fore separate sunt apud res nales sicut
posuit plo. cu fora ipa et sensile cui e forma
i aliq cuent p t plom. aut g cuit in noie
et in re aliqua sed in intencone aliq sgta pn
aut in noie solu si p m. tuc id in q quenit
est pdicale de ipis et t de se ipo. et i cu
id pdicatu sit fora singris p plom fora singris
pdir est de mltis qd est i3hens. si aut solu
quenit fora t snle in noie. tuc est id n equocu
ad fora su ydea et ad senle. et si hoc. n demon
stnditur et sbam ipa ydea ipi sensibl n t erit
scire au cog re ipm sensile cu p equocu n deueniat
in sciam. h id est qsi distia hns duo mebra
ee q sc. pcet. p poit vnu mbrm. scdo ut ibi.
qd g est id. in exemplo psc id mbrm. sc. si dualt
tas est qis omibz dualibz gnabilibz et corruptibz au
omibz dualitatibz ecnis i quod declet t noti
ficet sbas illaz dualitatu sicut fora vlis
sbalis. notificat forma prie. tuc ipa dualitas
qis pdicabl est de illis dualibz ad qs est qis.
fm qd declat et notificat sbas illaz ipa ecia
de se pdib est. sic intelln e in ppo quod id
qe pdicabe de singri et sua ydea et t de se
ipo. hoc facit scdo. 3cio cu dic. Et si spes po
scd mbrm t explanat ipm p exm. qd satis pz.
Cont cu dt et ambig ho. oc ydeas no ee
utiles quod tn posuit plo. et he illa ps. 7.
m. q. p. oc quod ydee n st utiles gnom sen
sibiliu nz scie au existncie ipoz. in fa ut ibi.
et ista ecia. oc quod mag sut nociue p mo sc.
gnacoi no sut utiles cu no sint cae motus
n possit ee n altacoms sn quibz n fit gnaco
scie i sensibiliu no sut utiles. cu no vniuocent
ipa in aliqm nm vna qem. existencie i sensibiliu
n vtiles cu sint oio separate ab ipis sensibz p
plom. h g sunt tamq tres insiones qz p
tangit p. scdam cu dicit. Et talis e disposico
3cia. cu dt. neq st ad unam. Cont cu dicit
Et ista ecia oc quod no solu no vtiles sz mag
sunt nociue. et hoc. qr destruunt tam indidua
q vlia. et dr illa ps m. 7. m. q. p. oc. qd po
ydeaz destruit indiuidua. in fa ut i. et anag. oc
quod destruit vlia p mo sc si no fuit fora vlis v
nita ipis indiuidus declans et notificans ipa.
ipa indidua no erut encia. sicut albu no est
ens n albedo fuit vnita suo sbiecto. cu g f
pom plonis no fuit fora vlis ipis indiduis
vnita in pdco. scd pom ipius destruntr indidua
hnc rom p poit. fo ut i. ut ads estimat i ex
distiet necitate gncie. et quia qparuit vnione
accntis cu suo sbo vnioni fore vlis sbalis

ot

ot
e aliqd pot declare ad du. ac ecnlr. sc fore vles declant sua sbita.
accnlr. ut si dica. q medic e music qr
medic t musicus accidut eid sbiecto.

cum suis partibus, ne putetur quod dicta sit similitudo. Subiungit autem dicens. Sed hoc est bone motionis quod adunatio forme universalis similitudinis cum partibus est maior quam adunatio accidentis cum subiecto, ut albedinis cum subiecto ipsius. Consequenter cum dicit. Et anaxagoras ostendit quod positio ydearum destruit universalia secundum positionem anaxagore et multorum aliorum philosophorum, possibile est et facile invenire aliquod unum commune multis singularibus in quo congregantur sicut in forma universali. quod quidem commune est universale. Sed secundum positionem platonis ponentis ydeas impossibile est tale commune invenire. ergo positio platonis in ydeis destruit universalia. Et quibus epilogando subiungit cum dicit. Nam alie res quas secundum positionem platonis non universalia. non in sensibilia ab ipsis ydeis causari possunt. et hoc non in quod ipse ydee sunt cause generationis ipsorum. nam causa sic. Consequenter cum dicit. Dicere vero species disputat contra hoc quod plato posuit ydeas res exemplares. et ipsas esse eternas. in primo contra hoc quod posuit ipsas esse exemplares. secundo ibi. Et impossibile est. contra hoc quod posuit ipsas esse eternas. Et primo sic procedit. primo dicit sermonem dicentium ydeas esse res exemplares esse vanum. secundo dat rationem illius positionis. tertio ducit ad inconvenientia illam positionem sequentia. dicit ergo primo. quod dicere species continentes se. id est ipsas formas exemplares per se existentes est sermo vanus. similis sermonibus vilificatorum sive fabulantium. secundo cum dicit. Et quid est id continuus ille sermo sit vanus. tamen dat rationem ipsius. et est. quod non oportet formas exemplares ad quas inspiciens natura in generando producat generatum simile in specie ipsius generantibus. non magis generat generatum conveniens in specie cum generante quam non conveniens. sic exemplificat de socrate. cum ergo generans in generatum debeat convenire in specie. videbatur eis necesse ponere formas exemplares per se existentes cum tamen non sit in. quia id quod ipsi attribuebant formis exemplaribus per se existentibus attribuendum est menti intelligentie agentis et ordinantis omnia in generando propter finem mentium. Consequenter cum dicit. Et secundum hunc modum. ducit ad inconvenientia istam positionem sequentia. et sunt tria. quorum primum est. quod ex hac positione sequitur singularia quod esse eternum. et habere diffinitionem sicut in specie habet. ponamus enim quod aliquod generatum ut socrates. iste socrates generatus habebit socratem eternum. qui est species sua et exemplar. cum ergo species habeat diffinitionem ille socrates eternus diffinitionem habebit. cum tamen non sint formarum singularium secundum platonem. quod est inconveniens. Secundum inconveniens dat cum dicit. Et habet multa. et est. quod unius sensibilis erunt plures forme exemplares. sicut homo habet plures formas declarantes et notificantes ipsum. ut scilicet animal. et bipes cum tamen homo sit idem. non enim habebit istas formas diversas nisi a diversis exemplaribus secundum platonem. Consequenter cum dicit. Et non species. dat tertium inconveniens. et est. quod idem erit exemplar sui ipsius. si enim homo genus et dominum que sunt forme exemplares ipsius. tunc aggregatum ex hiis scilicet diffinitio erit forma exemplaris hominis. cum ergo diffinitio et diffinitum idem erit forma exemplaris sui ipsius. quod est

inconveniens. Consequenter cum dicit. Et etiam impossibile est. disputat contra hoc quod posuit ydeas esse eternas. sic arguit contra hoc quod posuit eas esse formas sensibilium. ducens ex hoc ad unum impossibile. et est. quod forma specialis ipsius sensibilis que est pars formalis ipsius. erit existens ipso sensibili non existente. et procedit sic. quia dicere impossibile est ponere formam que est actus alicuius substantie existere ipsa substantia non existente cuius est actus. secundo cum dicit. Et similiter inconveniens predictum. quod sequitur si ponamus oppositum propositi. Et quia diceret aliquis id inconveniens non esse inconveniens secundum platonem. subiungit quod sequitur cum dicit. Et hoc dicimus fuit. dicitur platonem dixisse in quodam libro suo, quod ydee sunt cause generationis et corruptionis. et quod sunt partes formales rerum sensibilium. Consequenter cum dicit. Et in aliis species. ostendit quod ydee non sunt apud res artificiales. sic. si enim essent cum ydee sint forme singularium non esset aliqua forma universalis declarans et notificans ipsa artificialia. non enim potest dici quod lectus aut domus aut aliqua forma artificialis sit forma universalis per se existens extra animam notificans et declarans ipsa. hoc enim formas prout universales sunt non habent esse nisi in anima. sed ponere artificialia non habere notificans et declarans ipsa est inconveniens. ergo id ex quo sequitur. quare oportet ponere apud res artificiales genus et differentias notificantes et declarantes ipsa artificialia. ex quo concluditur cum dicit. manifestum est quod possibile sunt artificialia esse. et non habere suam declarationem et existentiam a formis exemplaribus. sed a causis finis que sunt materia et forma. de quibus dictum est in principio huius quod non procedunt in infinitum neque in rectitudinem aut secundum speciem.

Et etiam si species fuerint. In parte precedente disputatum est contra hoc quod plato posuit ydeas esse. et contra hoc quod posuit ipsas formas exemplares. In hac parte disputat principaliter contra hoc quod posuit ipsas esse numeros. qui quidem numeri sunt principia entium. et habet hec pars .7. in quarum prima disputatur contra hoc quod posuit ydeas numeros qui sunt principia rerum naturalium. In secunda ibi. De necessitate ergo. contra hoc quod posuit ipsas numeros qui sunt principia rerum mathematicarum. In prima parte sic procedit. primo dicit quasi sub in conclusionis. quod si ydee sunt numeri. quomodo possunt esse cause et principia rerum naturalium. quasi innuendo quod nullo modo. secundo cum dicit. primo vero. hoc probat ducendo ad inconvenientia. si diceret quod sic, et ducit ad quinque. quorum primum est. quod idem individuum erit compositum ex diversis numeris secundum formam. et tunc erunt multa numero. et non unum. quod sic patet. cum idem ens individuum, est animal, et homo, et socrates, secundum opinionem platonis habebit numerum per quem est animal. et numerum per quem est homo. et numerum per quem est sortes. vel socrates. qui quidem numeri diversi erunt secundum formam. quare individuum compositum ex ipsis erit compositum ex diversis numeris secundum formam. et tunc multa numero. et non unum. et cum hoc est impossibile relinquitur numeros non esse principia et causas rerum naturalium. Consequenter cum dicit. Et non adunatur

44

ducit ad secundum ingens. et est, quod corruptio et in
corruptibile est primum et post formal[is] corp[oris]. quod quidem
dicere non adiuvat positionem platonicorum. sed magis
nocet ut probatum est. Est enim impossibile ut habi
tum est ex prima lectione, ex quo loco satis patet,
quod secundum hanc impossibile ex positione platonis. Consequenter
cum dicit, et cum diffinitiones, ducit ad tertium ingens,
et est, quod forma specialis diffinitionis non erit
numerus sed ex numero. sed numeri sunt ex numeris cum
partes diffinitionis quae sunt eedem ipsi diffinitio numeri sint,
quod patet. si quis dicat diffinitionem ignis ypli
consistere ex numeris ignis terre et aque, tunc
non est dicere istum hominem. s. yplum notificatur per numerum
antiquum in sua notificatione comprehendat omnes numeri predicti.
dicti, et non quis unus numerus, quod est inconveniens
platoni. et sicut dictum est de yle. sic intelligendum est
de omnibus sensibilibus. quod nichil est ipsorum numerus
sed numeri. cum in suis notificationibus cadant plures
numeri. commentator tamen non sic exponit hanc litteram,
immo per ipsum ducitur ad hoc ex positione platonis
ad hoc inconveniens, quod diffinitio numeri est numerus.
quod habet per inconveniens. sic enim dicitur non diffinitio numeri
est numerus, nec diffinitio hominis homo, non diffinitio alicuius
alius. Consequenter cum dicit. Et si ex pluribus ducit ad
quartum ingens. et est, quod sic unus numerus compositus
ex numeris diversis secundum speciem, ut quaternarius ex
binario et ternario, sic ex positione platonis sequitur quod
una forma sit composita ex diversis formis per speciem,
quod quartum est ingens. Et quia diceret cavillator unum
numerum non componi ex numeris diversis per speciem, sed
ex quibusdam in specie. ut millenarius compositus ex cente
nariis, et centenarius ex denariis, contra istam
cavillationem opponit. consequenter cum dicit. et si non fuit.
secundo. si numerus non componatur ex numeris diversis sed
ex quibusdam. tunc unitates ex quibus compositus numerus
aut sunt eedem in specie et forma, aut non. sed
diverse. si primo modo. sequuntur multa impossibilia quorum
unum est, quod omnes species numeri sunt quedam
forma, et omnia generata ex ipsis per platonem. et
quedam in forma. si secundo modo. i. si unitates
sunt diverse in specie et forma. tunc omnino non
est numerus. cum nullus numerus unus secundum speciem constet
ex unitatibus diversis per speciem. Consequenter cum dicit.
Et quid differt. ducit ad quintum ingens. quod
generati passivi vel entium eius principium componitur omnino
non passiva. non entium, quod est inconveniens. cum
passiva necesse componantur ex passivis. Consequenter
cum dicit. Ne necesse est. disputat contra hoc quod posuit
plato ydeas esse numeros, qui sunt principium rerum mathematicarum.
et dicitur illa pars in .7. i. q. p. disputat contra hoc
quod sunt principium rerum arismetricarum. In secunda ut i.
linea autem post. contra hoc quod sunt principia rerum

geometricarum. In prima parte sic procedit. primo dicit quod plato
necesse habet ponere alium numerum a formis separatis per
se existentibus. s. numerum arismetricum, quem quidem numerum
dicit esse medium inter formas separatas et ipsa sensibilia, sed
quod notandum est, quod distinguit commentator tres species numerorum,
est enim numerus mathematicus qui non numeratur per multipli
cationem numeratorum, et est numerus formalis, qui diversificatur
per numerationem entium, vel est numerus entium, vel est numerus est forma.
et sunt sensibilia, vel forte de istis numeris potest dici
quod numerus primo modo dictus est numerus quo numeramus,
numerus autem dictus duobus ultimis modis est numerus
numeratus, hoc fuit primo, secundo cum dicit. Et omnia media.
improbat iam dictum modum ponendi numeros, et hoc per
quatuor rationes. q. p. est, si numerus apud platonem est
medius inter formas separatas et sensibilia tunc cum omne
medium componatur ex suis extremis, i. s. quod aut ex
extremis simpliciter, ut humores ex elementis. aut ex extremis
et medium. ut caro ex humoribus, aut ex extremis
ipsi medio appropinquantibus, ut homo ex carne et osse,
cum unumquodque ita sit. sed numerum apud platonem componi ex
suis extremis predictis, hoc autem est ingens cum sensibile
non ingrediatur compositionem alicuius mathematici. eo quod conceptus non
ingreditur compositionem abstractionis. sed magis econverso. et dicit commentator
per platone. quod ipse non intellexit istum modum.
contra quem opponit arguit cum dixit. quod numerus mathematicus est
medius inter formas et sensibilia, sed intendit plato quod
non numerus est quasi non media inter formas abstractas vel formas
sensibiles materiales. qui modum ponendi infirmat commentator
dicens, materia esse per se, quod nulla non est media inter
abstractum et materiale, hoc enim duo genera. s. corruptibile
et corruptibile, materia est quod sit in medio. ubi
sunt commentator. Consequenter cum dicit. Et causa unitatis dat
secundam rationem, et est, si numerus est medius inter formas
vel sensibilia et est ex ipsis compositus ut probatum est. et
sic necesse ut unitates ille numerum constituentes sint
composite ex illis extremis, et sic hec unitas erit
composita ex dualitate, quod est ingens. Consequenter
cum dicit. Et causa non erit. dat tertiam rationem, et est,
si numerus sit medius in predicto, tunc non est numerus
ideo unitatum. quia ut vult commentator. ideo secundum
individuum est ex materia. i. quod unum individuum non
est a ab alio. nisi per materiam. cum igitur numerus predicto
modo consideratus, consideret non ut in materia. per illam positionem
non est ideo unitatem. Consequenter cum dicit. et est dicamus.
dat quartam rationem, et quasi ostendo quod unitates constitu
entes numerum modo predicto consideratum. non sunt diverse
in forma vel specie. sic enim ex ipsis non esset numerus
unus. rationaliter supponendo quod ille unitates
sunt quedam in specie. ut secundo procedit. primo dat simile ut
ponentes unitates quedam in specie esse elementa, et ponentes
eorum simplicia elementa esse elementa. dicens quod similiter
est dicere unitates quedam in specie et forma esse elementa,

commentator

commentator

commentator

commentator

commentator

Secundum commentatorem est numerus
mathematicus qui non numeratur per multiplicationem numeratorum.
formalis qui diversificatur per numerationem entium.
et penultimus est forma. ut sic sensibilia.

Compositum compositum aut
ex extremis simpliciter. ut humores ex elementis.
ex extremis et medium. ut caro ex humoribus.
ex extremis ipsi medio appropinquantibus. ut homo ex carne et osse.

et dicit quod corpora simplicia aut duo ipsorum esse elementa et non quedam ipsis, ut corpus et hoc. Sive corpus fuit eis quedam sive non. et iustificat commentator ista similitudine per hoc, quod unitates existentes extra animam sunt unitates in materia. et in hoc conveniunt cum corporibus simplicibus quia et ex ypothesi sunt quedam unitates in specie habentes aliquam formam quandam. sicut et partes consimiles unius elementi conveniunt in forma una. hoc facit primum. secundo cum dicit. et est in sunt. ex ista similitudine concludit predicte positionis platonis. secundo cum similiter sit dicere unitates esse elementa et corpora simplicia. tunc patet manifeste quod numeri quos posuit plato non sunt substantie separate, non et in medie per se existentes nec formis separatis et sensibilibus. immo sunt simpliciter forme consideratione in materia. Secundo addit cum dicit. Sed manifestum est. quod non declaratum fuit esse quod unum existens per se extra animam. quod in dicto est principium omnium entium. et forte intelligit per hoc principium primam causam. que est primum sed causa in triplici genere cause scilicet formali. finali et efficiente. Consequenter cum dicit. et unum dicitur multis modis. increpat platonem in ponendo numeros in predicto in duobus. In primo quia cum posuit unitates esse elementa entium sive numeros, solum locutus est de unitate numerali. cum tamen unum multis modis dicatur. ut in quinto huius habetur. adhuc autem increpat eum in hoc. quod cum voluit querere principium entium. elevavit se ultra entium ad principium ad que non est possibile eas elevari. ut. s. ad mathematica. aliter posset dici. quod hic dat quintam rationem ad suum propositum. Linea autem compositio. hic disputat contra hoc quod posuit plato ydeas esse numeros qui sunt principium rerum geometricarum. et primo sic. secundo narrat positionem platonis in geometricis que secundum supplementum commentatoris. secundo est intelligenda. plato posuit lineam esse ex contrariis. que sunt longum et breve sive magnum et parvum. superficiem autem posuit ex contrariis. que latum et strictum. corpus autem ex contrariis que sunt imum et profundum. adhuc et posuit corpus componi ex superficiebus tamquam ex partibus ipsum constituentibus. et superficiem ex lineis. et lineam ex punctis. adhuc autem ut supplet commentator posuit unitatem esse formam et principium puncti. dualitatem formam linee. trinitatem formam superficiei et quaternitatem formam corporis. et in omnia hec dixit constare ex numeris. hanc positionem destruit secundo cum dicit. Et omnia quoniam superficies. Increpans platonem in duobus. in uno. s. quia posuit corpus componi ex superficiebus. superficiem ex lineis. lineam ex punctis. In alio. eo quod posuit omnia hec reduci ad numeros tamquam ad sua principia. unde hoc. hoc illa per duas. m. q. p. increpat eum in primo. in sic in ibi. quoniam autem multum. contraria ex quibus posuit plato corpus nec sunt reducta ad contraria ex quibus posuit superficiem aut lineam. non et conveniunt

sub eodem genere. quare corpus ad superficiem non reducatur sicut ad primum ex quo constituitur. nec superficies ad lineam. quod est inconveniens. hic rationis primo ponit consequentiam. sequitur ut. i. s. n. lati. dat medium. Consequenter cum dicit quoniam autem multum. Increpat platonem in secundo. scilicet contraria ex quibus sunt corpus. superficies. linea secundum platonem. nec sunt eadem cum prima contrarietate in numero. que est multum et paucum. nec adhuc ipsam reducuntur. nec etiam conveniunt cum ipsa in aliquo genere uno. ergo corpus superficies linea ad numeros non reducuntur tamquam ad sua principia ipsa constituentia. hic rationis solum dat medium. quod declarat cum dicit. Immo neque genus. per hoc quod contrarietates corporis et superficiei non reducuntur ad se invicem. nec sunt in aliquo genere uno. quare multo fortius ille contrarietates non reducuntur ad primam contrarietatem in numero. nec erunt in eodem genere cum ipsa. Consequenter cum dicit. superficies. dat causam quare hoc contra platonem. s. quod corpus superficies et cetera. non reducuntur ad numeros sicut ipse posuit. et est. quia ut predictum est plato posuit corpus esse ex superficiebus et superficies ex lineis. et lineam ex punctis. que ad primam contrarietatem in numero non reducuntur. et addit cum dicit Et ideo geometricus considerat. quod plato valde sollicitus fuit ad declarandum istam compositionem corporis ex superficiebus et cetera quia ipse opinabatur quod magnitudines geometrice sunt principia corporum cum numeris. ut ipsorum commentator. et quia opinabatur lineam componi ex punctis et ex hoc secundum ipsum ponere continuum de natura discreta. addit cum dicit sed vocat eas. quod plato non dixit apte punctum esse partes linee. sed vocavit ea principia linee. et hoc. ne contingeret ei predictum inconveniens. et ad hoc ipse id inconveniens necessarium posuit plato lineam non componi ex punctis. sed ex lineis indivisibilibus non discretis. et dicit contra platonem. Consequenter cum dicit. et hoc necessarium est quod per istam positionem non evadit plato a predicto inconvenienti. quia secundum ipsum lineam componi ex punctis. et hoc. quia in est linea. est punctus necessario. quare cum secundum ipsum linea sit divisibilis secundum totum. necesse est eadem ratione stare ad puncta.

Et cum philosophia considerat. Disputatio in parte precedente contra ydeas. et in ista hoc quod sicut multi. In hac parte disputatio principaliter contra hoc quod posuit plato ipsas esse causas et principia generationis et scientie entium. et habet hoc partes duas. in q. p. breviter et in quinto dicit quod non sunt cause generationis et scientie. in secunda ibi. et omnia si aliquis. in speciali. In prima secundo. ista philosophia non est hic de entibus apparentibus in anima existentibus ydee non sunt res apparentes in anima existentes. ergo de ipsis non est ista philosophia. et in non scientia. quare principia et cause scientie entium non erunt. adhuc ydee non sunt forme intransmutabiles sed alterabiles non esse intransmutabiles.

aut alteracionis / quia principia et cause generationis entium non erunt.
ex quibus concluditur. Cum enim intendimus quod si fiat
sermo de substantia ydearum. et concedatur ipsas esse. oportet dicere
quod substantie ydearum sunt simpliciter alie a substantiis ipsorum
sensibilium quorum ponuntur ydee. id est sed quod si concedatur
substantia ydee esse eadem cum substantia ipsius sensibilis. ad principium
sue generationis / aut scientie. Plato concedere. et quia iam dicte
rationes solum destruunt ydeas esse principia generationis
et scientie entium / et non destruunt ipsas esse in se.
propter hoc subiungit cum dicit. quoniam autem sunt quod dicere
ydeas esse continentes. id est existentes per se. aut con-
tinentes sensibilia. sicut species continet que illa que sub
se sunt. non est. sicut in precedentibus declaratum est. vel
in secundo declaratum est. ut habetur quod ipse ydee non
sunt cause scientie sensibilium ex quibus concluditur cum dicit.
Et ideo non videmus. quod non videmus aliquid differre
ponentem / ponere ydeam esse causam in cognoscendo et
sciendo sensibilia / nec in hoc quod sensibilia habeant
esse secundum principia generationis / dicit enim aliquid intellectum.
quantum ad cognitionem / et neque quantum ad esse rei / ex quo con-
cluditur ulterius cum dicit. genera et species. quod videlicet non est dicere
ydeas assimilari principiis ipsorum sensibilium neque scilicet principia
scientie / neque generationis / ex quo manifestum est / quod omnino non
sunt ydee principia sensibilium / et licet ydee non sint
principia scientie sensibilium. subiungit cum dicit. Et doctrina
certa que sunt illa que sunt principia scientie. dicens quod licet
per ydeas non acquiratur scientia. tamen sunt forte vniversales /
quibus utentes considerantes in alia philosophia / ut mediantibus
ipsis perveniat ad cognitionem de singularibus. Consequenter cum
dicit. Et etiam si aliquis. ostendit in speciali quod ydee nec
sunt principia generationis nec scientie sensibilium et primo quod non
sunt principia generationis / secundo ut ibi. et omnis magna.
quod non sunt principia scientie / primo sic. si aliquis ponat ydeas
esse principia generationis sensibilium alicuius generis. non debet hoc facere
nisi per illas ydeas possit declarare secundum contraria illius generis.
quorum unum est quasi materia et reliquum quasi forma /
que quidem contraria secundum quosdam sunt magnum et
parvum. secundum quosdam rarum et densum. et
si hoc. cum hec contraria sicut et quelibet alia re-
ducantur ad addicionem et diminucionem. sive ad com-
pletum et diminutum. et hoc ulterius ad motum
cum ydee apud istam positionem sint substantie entium.
ipse ydee ad motum reducentur / quia ydee mobiles
erunt et diminutibiles / cuius oppositum ponit Plato. Consequenter
cum dicit. et omnis magna. ostendit quod ydee non
sunt cause sensibilium in sciendo. et hoc primo ostendit
ostensive. secundo ut ibi. et etiam estimatur. per impossibile.
ostensive sic. substantia scientie est unum vniuocum. sicut
species aut genus. et non unum nomine. ad hoc autem non
oportet quod intelligatur esse tale unum quod possit esse
substantia scientie. sed ydee et quelibet ydea secundum Platonem est
vna numero. quare de ydea non erit scientia. et ideo
ydea non erit causa in sciendo sensibile. hec ratio solum
potest magis contra positionem / que hoc dicat partes. contra quas
sic procedit. primo ponit primam. dicens quod omnis per-
fundere considerans de natura scientie et scibilium concedit
de facili posse probari / quod id unum quod est multis
vniuocum quod est substantia scientie / non est unum numero.
cuiusmodi est genus et species / et hoc. quia id unum
non est unum individuum. sed est vna intencio vniuersalis
que quidem intencionem cum aliquis ponit quandam naturam. hec
non erit nisi per quod dicit eam intencionem vniuersalem. et
non secundum quod est vna intencio individua in actu.
secundo cum dicit. Et hoc est impossibile. dat secundam partem
contra. propositionis. dicens quod non oportet quod natura possit esse
substantia scientie / immo hoc est impossibile in quibusdam quoniam quantitas
que est quantitas linee et superficiei et numero. non potest esse
substantia vniuocum scientie. et hoc. quia non dicitur de ipsis nisi
equiuoce / ut vult commentator. ad hoc causa licet idem sit
quantum presentibus preteritis et futuris. et in existentibus
in actu / et in potentia. non tamen potest tale quod esse substantia
scientie. Consequenter cum dicit. Ista enim non sunt.
subiungit quod intellecta ei sunt genera et species de
quibus possibile est scientia. non nata sunt ut sint forte
per se existentes. nec ut sint numero sed forte existentes.
nec etiam ut sint media inter formas separatas et ipsa
sensibilia hoc est mathematica. sicut posuit Plato neque sunt
forte materiales / aut sensibiles ipsorum generabilium et corruptibilium
et possent ex hoc si placet extrahi alia racio
ostensiva. ad ostendendum quod ydee non sunt cause
scientie ipsorum sensibilium. Consequenter cum dicit. Et etiam
estimatur. ostendit idem per impossibile. et ducit ad duo
impossibilia quorum primum ducitur cum sua probatione
usque ibi. Si autem scientia est. Et est / quod si ydee
sunt cause scientie sensibilium / cum ydee secundum Platonem
sint res per se existentes extra animam et extra
sensibilia oportet esse aliquod genus scientie de ipsis a scientia diuina /
aut mathematica. aut naturali. et tunc oportet ponere quartum
genus scientie / et cum ydee secundum Platonem sint cause
et principia omnium entium in illa scientia perscrutabitur de causis
omnium entium / et tunc quod nulla alia scientia poterit
esse ad scire ex principiis in ipsa suppositis / quod
est inconveniens. est autem hoc impossibile sic procedit.
primo concedit suppositionem ypothesis per antecedens / dat ipsum
impossibile sequens ex ypothesi. secundo cum dicit. eo quod
ostendit id quod sequitur ex ypothesi esse impossibile. et primo per
hoc / quod tunc nulla scientia erit ad ignotum quod
possit sciri per aliquod notum in illa scientia. hoc enim
sequitur ex illa positione quod tamen falsum est / quoniam alie
scientie ab illa quarta. querunt et considerant causas et
principia eorum que ignota sunt in ipsis. ut quedam con-
siderant de causis actionis et passionis. ut forte
naturalis quedam autem de causa quietis motus et forma
ut scientia diuina. vnde non opponit non quelibet scientia

potest universaliter considerare causam omnium entium. sed solum illa que est de substantia in quantum substantia, sive de ente in quantum ens, hec est scientia divina, ex predictis tamen ponere scientiam quod autem omnes tres scientie scilicet divina, mathematica et naturalis perscrutari possunt de causis omnium de quibus considerant. et etiam de causis causarum, quod tamen falsum est, quoniam nulla preter divinam potest hoc facere, aut quod non divina nec aliqua alia preter ipsam considerat genus scientie potest hoc facere. quod est inconveniens, secundo ut ibi. Et quoniam potest hoc. ostendit idem esse impossibile, eo quod omnino desiderat scientiam et doctrinam, et per consequens est prius querit qualiter possit hoc esse, ut esse omnium dubitationum in scientiis considerari et declarari habeant in illo quanto genere scientie, innuendo hoc esse impossibile, secundo cum dicit. impossibile non est. ostendit hoc esse impossibile ducendo ad predictum inconveniens. sic. in omni scientia necesse est scire id quod est incognitum in illa per alia cognita et scita in eadem, ut si aliquis voluerit addiscere geometriam. non potest hoc facere nisi preciat aliqua per se scita in illa scientia et non addiscendo ea a scientia alia. omnia sunt principia. si non necesse haberet addiscere principia ut vult predicta positio. oportet ut addiscat ea per scientias earum in alia scientia, et eadem ratione illas oportet addiscere per alias in alia scientia. et sic in infinitum, et ita si aliquis voluerit addiscere aliquam scientiam numquam sciet illam, quod est inconveniens. secundo non desiderat esse scientia et universaliter doctrina et quod dixit specialiter in scientiis demonstrativis ut in geometria et huiusmodi scilicet quod necesse est scire ignotum per aliud notius et sint in eadem scientia. ostendit similiter esse universaliter in omni scientia tam activa quam speculativa tam demonstrativa quam disputativa, cum dicit. Et etiam omnis doctrina dicens quod omnis doctrina in artibus operativis considerativis que addiscuntur per exemplum maxime est quoniam fit per cognitionem rerum notarum per se in illo artificio, rerum dico notarum aut omnium aut plurium. et similiter est in doctrina que fit per demonstrationem aut per diffinitionem. semper enim oportet scire principia per se nota in illa doctrina. adhuc et similiter est, ubi fit doctrina per inductionem sive parte disputativa. Consequenter cum dicit. Si igitur scientia. ducit ad secundum impossibile scilicet si scientia sit de ydeis, sive per ipsas. tunc scientia ipsarum est nobis innata. hoc autem est inconveniens. ergo primum. necessitas huius consequentie patet per hoc quod cum ydee sint res per se existentes et immediate nate ad intellectum secundum platonem. non haberemus scientiam de ipsis per experimentum neque per memoriam neque per sensum. nec etiam per doctrinam. immo aspiceret eas intellectus sicut sensus aspicit sensibilia. cum igitur cognitio sensibilium est similiter in nobis. cum non acquiratur ex cognitione antecedenti. necesse est ut ydee intellectue

sint naturaliter in nobis. et ita si fuerit scientia de ipsis. scientia earum erit nobis innata. hec rationis solutio desiderat consequentis, et hoc per duas rationes. quarum prima est. si scientia de ydeis fuerit nobis innata. cum ipsa sit certissima scientiarum omnia erit scita a nobis et cognita. quod est inconveniens, hanc rationem pro ponit. secundo cum dicit. cum in nobis tangit necessitatem consequentie. secundo cum dicit. Et etiam quoniam desiderat consequentis. ducendo ex ipso ad aliud inconveniens. quorum primum est. quod equaliter et eque primo scientur a nobis res quam et causa. hoc non. scilicet si omnia sunt a nobis scita. secundum inducens dat cum dicit. Et quoniam erit hoc. quod non est maxime nobis post sive postquam fuit dubitatum. non accideret aliqua dubitatio in causis rerum. quod tamen est inconveniens. tertium inconveniens dat cum dicit. Et quidam rixati. et est, quod numquam inter homines erit disputatio. sive controversia. immo idem apud omnes eodem modo erit comprehensum. quod tamen non est verum, quia multi videntur litigantes et rixantes in causis multarum rerum. sicut accidit circa syllabam. quod rixati sunt de littera. z. utrum sit simplex aut composita. Quidam enim dicebant ipsam esse compositam ex. c. et. d. et. a. alii autem dicebant ipsam litteram per se simpliciter ex aliis litteris notis non compositam. Consequenter cum dicit. Et in id quod est. dat quartum inconveniens. et est. quod comprehensio sensibilium fieret ab omnibus licet impediti fuerint in instrumentis sensuum. ita quod naturaliter cecus cognosceret naturas colorum. et naturaliter surdus naturas vocum. quod est inconveniens. Consequenter cum dicit. Et etiam ista. dat famosam rationem ad destructionem consequentis premisse rationis et est, si scientia ydearum fuerit nobis innata. cum ydee sint elementa propria omnium entium secundum platonem. sicut vox habet sua elementa propria. scientia omnium entium erit nobis innata. et hoc, quia scientia de ydeis non est alia a scientia de entibus. cum ydee sint elementa entium. sed consequens est impossibile ergo antecedens. et in hoc terminatur tota illa pars in qua ostendit ex opinionibus horum antiquorum loquentium de causis. quod cause non excedunt quaternarium numerum.

speciei, oportet ut sint equales in magnitudine, si enim fuerint inequales et motus erunt inequales. et sic in alteratione non sufficit ut eedem sint passiones secundum speciem, immo oportet quod sint similes in fortitudine et debilitate, ad hoc ut alterationes sint equales, si enim fuerint dissimiles erunt alterationes inequales. quia sic posset aliquis dubitare propter quod dicit hic solum sufficere ad equalitatem generationis ydemptitatem secundum speciem cum equalitate temporis, ad hoc respondet cum dicit. Non enim habemus etc. intendens hoc sufficere quia nomina non sunt imposita in substantia que sunt duarum substantiarum eiusdem speciei in generatione nec differentie earum, sicut est in qualitate et quantitate, in quantitate enim significantur hec per equale et inequale, in qualitate vero per simile et dissimile, quibus non sunt nomina imposita proportionaliter correspondencia in substantia. et quia hoc modo non posset responderi si substantia componeretur ex numeris ut volebant quidam, propter hoc subiungit cum dicit. aut si numerus. quod si substantia esset numerus ut volebant quidam tunc posset dici substantia equalis substantie secundum equalitatem numeri sive similis speciei, et posset dici una maior alia secundum plus et minus in numero. et ne putetur quod idem et diversum sint in substantia sicut simile et dissimile in qualitate, et equale et inequale in quantitate, removet hoc cum dicit. Sed equivocum, intendens quod idem specie est equivocum et quando ad substantias eiusdem speciei sive dicantur secundum equalitatem sive secundum plus et minus. quod non est de eo quod est simile aut equale, neque enim est equale in substantiis neque plus aut minus significatum proprio nomine sicut est in qualitate, quia illa passio que plus habet de qualitate dicitur excellens in qualitate, id est quod plus est dicitur maius. et sic clara est illa pars in qua intendit de comparabilitate motuum ad invicem, et intelligendum quod non declarat conditiones que exiguntur ad comparabilitatem in augmentatione per se, quia que ad illas conditiones similis est in alteratione et in loci mutatione.

Quoniam autem movens movet. Declarato de comparatione motuum ad invicem, in hac parte intendit de comparatione motuum ad motorem declarans comparationem motorum et motuum mobilium motorum ab ipsis, et dividitur hec pars in duas, in prima declarat comparationem motoris mobilis moti in loci mutatione, in secunda ut ibi. Si igitur in alteratione, in alteratione et diminutione per inductionem. in quarum prima premittit quedam necessaria ad suam comparationem. in secunda ut ibi. In equali igitur tempore, incipit comparare. in prima parte sic procedit, primo premittit quod motor secundum locum movet quantum et in quanto et per quantum. cum enim motor secundum locum semper movet aliquid et ad aliquid, et exponit hoc, quando in tempore et ad aliquam magnitudinem quantam, quod est intelligendum de motore quod est corpus et non de virtute in corpore, quod dat intelligere per hoc quod dicit. Semper enim. hoc enim sit cum motu movetur, quando ita est, oportet id quod movetur quantum esse et quantum moveri per spacium quantum, et hec duo dat intelligere per hoc quod dicit. quare quantum quoddam. et adhuc in tempore quanto, hoc facit primo.

secundo cum dicit. Sit igitur A, imponit nomina motori et moto et tempori in quo et spacio super quod fit motus, vocans motorem A, motum B, spacium C, tempus D. tertio cum dicit. In equali igitur tempore, incipit comparare, et dividitur illa pars in duas. in quarum prima comparat unum motorem ad unum mobile motum ab ipsis, in secunda ut ibi. Si autem duo, comparat duos motores ad duos mobiles motos ab ipsis. prima pars adhuc in duas, in prima comparat ut dictum est secundum proportionem necessariam, in secunda ut ibi. Et si ipsum, secundum proportionem non necessariam. in prima parte facit quattuor comparationes, quarum prima est, si aliqua potentia movens movet aliquid in aliquo tempore per aliquod spacium, et nominentur hec per litteras ut predictum est, equalis potentia movens movebit medietatem illius mobilis per duplum spacium in eodem tempore. secunda comparatio est quod retenta eadem potentia equalis potentia movebit medietatem mobilis per totum spacium per quod movebatur totum in medietate temporis. et hoc est propter proportionem ipsorum ad invicem, quoniam velocitas propria unicuique motui sequitur excessum potentie motoris supra potentiam mobilis, et hoc est generale in omni motore cuius potentia est finita. tertia comparatio est quod si aliqua potentia movens moveat aliquid per aliquod spacium in aliquo tempore toto, movebit medietatem illius in medietate temporis per idem spacium. quarta comparatio est quod medietas illius potentie moventis movebit medietatem mobilis per idem spacium in tempore toto equali. et imponit nomina istis partibus moventibus et motis vocans partem moventis quod est A E, et partem mobilis quod est B Z. iste enim comparationes manifeste sunt per hoc quod est eadem proportio partis moventis ad totum movens que est proportio mobilis ad totum mobile. quinto cum dicit. Et si ipsum, comparat unum motorem ad unum mobile motum secundum proportionem non necessariam, et dat duas comparationes non necessarias. quarum prima est, si aliquod movens movet aliquid per aliquod spacium in aliquo tempore, et ponit ista in terminis, non est necesse ut idem movens moveat duplum prioris mobilis in tempore equali tempori priori per medietatem prioris spacii, immo potest contingere quod omnino non possit plus moveri priori moto. secundam comparationem facit cum dicit. Si vero K A etc., si aliquod movens movet aliquid in aliquo tempore per aliquod spacium, medietas virtutis moventis non est necesse ut moveat totum motum per aliquam partem ipsius spacii in toto tempore, que pars spacii se habeat ad totum spacium secundum eandem proportionem in qua se habet pars virtutis moventis ad totam virtutem moventem, sicut ponit in terminis, immo potest contingere quod pars virtutis moventis omnino non movebit. si enim necesse esset, si tota virtus que movet aliquid per aliquod spacium in aliquo tempore toto, ut medietas aut alia quecumque pars virtutis moventis moveret idem motum in eodem tempore per aliquam partem ipsius spacii, tunc necesse esset unum hominem trahere navem per aliquam partem spacii, quam navem in numero non trahunt nisi a multis, et hoc, si tota virtus moventis dividatur secundum numerum portionum moventium et totum spacium secundum eandem proportionem, sed hoc est inconveniens. ex quo patet quod iste comparationes sint secundum

proporcionem non necessariam ex quibus concludit cum dicit. Ca propter zenonis racio. quod racio zenonis non est vera quia voluit facere quod cuiuslibet grani medium facit sonum in suo descensu, quia totus modius in descendendo sonum facit, putavit enim necesse esse aliquam partem facere sonum ad hoc ut totus sonum faceret in descendendo, similiter in volunt guttas sucessive cadentes super lapidem necesse omnes aliquam remocionem facere a lapide id est scilicet ut quelibet ad remocionem in cadendo ad hoc ut ex casu omnium guttarum tandem cavetur lapis, sed non est sic. immo iste sermo sophisticus est. In casu enim guttarum omnes gutte precedentes aliquam faciunt separacionem ad cavacionem que prius non fuit. ultima autem complet cavacionem que tamen de se non poterit esse cava- re, sed precedentibus omnibus separacionibus ad cavacionem ex reliquis guttis relictas ita quod habuerit nimis, ut sic, quando ultima necessaria ad cavacionem ultima gutta cadens facit illam cavacionem in actu. Similiter est communiter. si triginta homines et non pauciores possunt trahere navem unusquisque aliquam separacionem relinquat ad tractum navis que prius non erat. ita scilicet quod vigintinove non trahant navem sed quilibet ulteriam disposicionem ad tractum navis relinquunt tricesimus autem in actu facit tractum navis quod per se facere non posset. et similiter nullum granum medii acervi dividit complete ut faciat sonum in casu vel descensu, sed quodlibet aliquam separacionem relinquit que prius non erat non faceret per aliquam talem disposicionem ad sonum si per se caderet, qualem facit in toto, et cum hoc totus est, quod pars generis in genere non est in actu immo potencia est in toto et propter hoc non moveretur aliqua pars in actu in toto, sed solum in potencia, unde nulla sonum facere potest in cadendo cuiuslibet totum possit. consequenter cum dicit. si non duo. comparat duos motores ad duos in terminis motarum ab ipsis et est intencio quia si duo potencie moventes movent duo mota divisim in eodem tempore per aliquod spacium ipse potencie coniuncte movebunt illa duo mota si coniuncta fuerint per equale spacium in eodem tempore, et hoc, quia proporcio est totius moti ad totam virtutem moventem sicut est partium motarum ad partes moventes. consequenter cum dicit. sit igitur in alteracione declarat composicionem motorum in terminis motarum ab ipsis et in alteracione et in augmentacione, et procedit sic, primo dicit quod similiter est composicio motorum ad invicem in terminis motarum in alteracione et augmentacione, illi composicioni que predicta est in motore secundum locum. ad rem motam ab ipso. secundo cum dicit. quod est augens. probat quod similiter est, unde scilicet primo premittit quandam necessariam ad suam composicionem sicut fecit in precedentibus, et sunt, quod in augmentacione est quod augmentat et quod augmentatur et hoc, in tempore quanto et quod etiam quantum augmentat quantum augmentatum quantum est, similiter autem in alteracione est quod alterans et quod alteratur. hoc premittit primo, secundo cum dicit. et quantitas. incipit suam composicionem unde sic procedit primo facit composicionem secundum proporcionem necessariam ut prius. secundo ut ibi. si autem alterans. secundum proporcionem non necessariam, composicio quam facit in prima parte est, quod si quod alterat quod aut

augmentat in aliquo tempore id est scilicet quod in duplo tempore potens sit alterare sive augmentare duplum, medietas illius virtutis alterantis aut augmentantis in medio tempore augmentabit aut alterabit duplum illius medietatis in tempore equali aut medietatem dupli totius, hoc littera posset aliter exponi ita scilicet quod si aliqua virtus potens sit in alterando aut augmentando aliquid in aliquo tempore quod in duplo tempore potens est similiter duplum in medio tempore similiter medietatem et consequenter similiter medietatem in medio tempore, sed ad istam exposicionem oportet supponere quod virtus alterans aut augmentans potens sit et similiter duplum et similiter subduplum, aliter non recipiet ista exposicio instanciam sicut predictum est in loci mutacione. consequenter cum dicit. si autem alterans. facit composicionem secundum proporcionem non necessariam, et est, si aliqua potencia alterans aut augmentans alterat aut augmentat aliquid in aliquo tempore non est necesse ut medietas potencie alteret aut augmentet idem in aliqua parte illius temporis, ut scilicet in medietate partis temporis nec consequenter in medio tempore medietatem potencie necesse est alterare aut augmentare idem, immo potest contingere quod medietas potencie omnino non augmentabit aut alterabit ut predictum est in motu secundum locum, quia cuiuslibet tota virtus mobilis possit in motum totius, nulla tamen pars per aliquam partem spacii potest in motum eiusdem.

2⁵ 8

Utrum autem factus sit motus. In parte precedente a principio .vii. declaratum est primum, utrum sit aliquis motus primus, et aliquis motor primus, et declaratum est quod sic. in hac parte ut patet ex dictis est intencio declarare utrum sit aliquis motus eternus, et aliquis motor eternus, cuius declaracio non generet totum istum octavum. sed etiam ad istum locum ut non quarto facientibus primum, sicut patet ex divisione in principio .vii. huius, ista autem pars prima dividitur in duas. in qua prima inquirit utrum sit aliquis motus eternus, in secunda que ibi incipit. primam autem consideracionis. inquirit utrum sit aliquis motor eternus, et ordinavit istas partes sic, quia per eternitatem motus demonstrat eternitatem motoris. demonstracione quia non propter quid. prima pars adhuc dividitur in duas. in prima quarta parte premittit quandam prohemium, in secunda ut ibi. incipiens autem primum. incipit suam prosecucionem, in prima parte quarta facit. primo dat intencionem, secundo declarat quomodo in diversis diversi senserunt circa ipsum et in hoc dat causam intencionis. Secundo declarat duos modos circa alteram partem intencionis. scilicet si dicatur quod motus non sit eternus. querendo dat nullitatem intencionis. dat igitur primo intencionem, dicens considerare esse utrum motus aliquis sit factus cum prius non fuit, et aliquando corrumpetur, ita quod contingat non moveri aut neque fuit factus neque corrumpetur, sed semper erat et semper erit, quidam immortalis et indeficiens, sicut quedam vita existentibus in omnibus non consistentibus quasi vita quedam, primo enim motus est de motibus ut ulterius videbitur, sicut anima de vita viventibus, secundo cum dicit. esse igitur motum. declarat quomodo diversi diversimode senserunt circa intencionem, et in hoc dat causam intencionis dicens primo quod omnes loquentes de entibus naturalibus et de factura mundi affirmant motum esse, et hoc, quia non possunt considerare in factura mundi sicut in mundo secundum

quod accidunt generationi et corruptioni in ipso, aut secundum totum aut
secundum partes, aut motus fuit cum ipso, licet generationem aut
corruptionem sine motu esse, secundo cum dicit. sed quicumque dicunt
decem (?) qualiter dixit dixisse senserunt contra hoc/ dicens quod
quidam posuerunt mundos esse infinitos, id est quod quosdam
posuerunt generari et quosdam corrumpi per successionem/
et sic dicentes necessario dicunt motum esse eternum, sed hoc per
successionem. Non enim dicunt omnes dicentes motum esse
eternum et continuum/ quemadmodum empedocles, ut inferius patebit/
qui enim sic ponunt generationem et corruptionem mundorum infinitorum,
necesse habent ponere ipsos cum motu, cum
generatio aut corruptio sine motu non fiat, et ita necesse
habent ponere motum infinitum et eternum. Alii autem
fuerunt qui posuerunt mundum esse unum, et ipsum ge-
nerari et corrumpi, et non esse eternum, et isti similiter
dicunt de motu, scilicet motum non esse eternum. Hoc est sermo
quem facit in parte prohemiali/ deinde cum dicit. si igitur contingit
facit tertium (?). scilicet declarat duos modos esse alterius partis
inventionis, que est, si detur quod motus non sit eternus/ dicens quod
si motus non sit eternus/ uno aliorum contingit omnino non
moveri, tunc necesse est hoc accidere, aut secundum quod posuit
anaxagoras/ aut secundum quod posuit empedocles/ anaxagoras autem posuit
omnia simul esse ante generationem mundi per tempus infinitum in
uno confuso infinito, et in illo quiescere, et postea
posuit intellectum qui apud ipsum fuit deus/ facientem
motum et extrahentem res ab illo confuso, et sic
mundum generari, et intellexit anaxagoras per omnia existentia
in mixto infinito partes consimiles, quas posuit elementa mundi
et omnium eorum in mundo, propter hoc quod dicit sic/ intel-
ligit ipsa elementa fuisse latentia in illo uno mixto
infinito, quousque extraxit ea, et reduxit in actum, ex
ipsis generans mundum, hoc fuit positio anaxagore. Empedocles autem
posuit quandoque motum esse et quandoque quietem. posuit
enim motum fieri, cum per amicitiam adunantur omnia que
posuit principia mundi, et sunt hec .iiii. elementa, que secundum
ipsum sunt principia materialia et amicitia et lis principia
agentia, et secundum istum motum posuit mundum
corrumpi, adhuc autem posuit motum fieri, cum per litem
disgregantur omnia elementa mundi ab illo uno in quo erant
per amicitiam adunata et sic ex uno multa facta
et secundum hunc motum posuit mundum generari. in temporibus
autem mediis posuit quietem, scilicet ut cum per litem
disgregata sunt elementa, et ex uno multa facta, tunc
posuit quiescere, quousque per amicitiam incipient coad-
unari. et similiter per amicitiam cum fuerint coadunata po-
suit quiescere, quousque iterum per litem incipient disgrega-
ri. et fieri multa, in comparatione autem partibus mundi
ut ultimo commentator (?) posuit amicitiam causam generationis et
compositionis, litem autem omnium partium dissolutionis et di-
visionis ad invicem distantium in eodem individuo, et
quia in spera celesti non sunt partes dissimiles, propter hoc
posuit ipse speram celestem compositam ex elementis. et

amicitia que secundum ipsum fuit deus, et cum induxit opinionem
empedoclis in generatione et corruptione mundi induxit verba ipsius
empedoclis/ deinde cum dicit. dicens sic. quia dixit quia in quantum ex
multis fit unum per amicitiam in processu et multa ex
uno per litem mundum generari et corrumpi, et non esse
aliquid eternum. In quantum autem sic fit continue successive a
generatione in corruptionem et econverso, et numquam deficiet ista com-
mutatio, sic est dicendum aliquid esse eternum in rebus, sic enim considerat
motus dicitur eternus, sic et mundi qui numquam deficiunt
quorum generationes et corruptiones necesse sunt cum motu et
vocat istum motum circularem, quia semper fit rotatio a generatione
in corruptionem et econverso./ hoc igitur modo opinandum est empedoclem po-
nere mundum generari et corrumpi infinities, et in motum
esse eternum, opinionem autem platonis non posuit quia quamvis plato
posuit mundum generari non autem corrumpi, posuit tamen omnia
ante generationem mundi esse in uno mixto per tempus infinitum
non quiescentia sed mota motu inordinato, que ab
intellectu generante mundum, reducebantur in ordinem. hoc est
totum quod facit in prohemio/ deinde cum dicit. considerare igitur. dat utilitatem
inventionis, dicens considerare esse de hoc. et hoc quia scire hoc non
solum est scire utile ad considerandum de rebus naturalibus, sed etiam
ad habendum cognitionem et scientiam de primo principio, et ita ad con-
siderationem methaphisicam sive divinam, divinus enim non potest
probare primum principium movens esse, nisi sumat hoc a natu-
rali dicit commentator. avicenna tamen dixisse, cum posuit posse
demonstrari a divino primum principium esse. et similiter dicit quod algazel
reprehendendus est in hoc, quod quantum ad hoc secutus est avicennam/
tenuit enim dicens eorum rationes, et omnino nullam demonstrationem.
Incipiens autem primam demonstrationem partis prohemialis, incipit hic
suam prosecutionem. et dividitur hec in duas, in quarum prima dat rationes
ad partem unam que est quod motus est eternus, et secunda quod sermo
aliorum dicentium ut anaxagoras et empedocles fictivus est, in secunda
ut ibi. videbitur ex hiis. dat rationes ad partem secundum se ipsum
et eas solvit. prima pars adhuc dividitur in duas, in quarum prima dat
rationes ad partem unam quam intendit. in secunda ut ibi. similiter autem
est dicere. ostendit quod sermo aliorum dicentium est fictivus/ prima pars
adhuc dividitur in duas, in quarum prima dat rationes ad hoc quod motus
non incepit esse. in secunda ut ibi. eadem autem ratio est. dat
rationes ad hoc quod non desinet esse. adhuc prima pars dividitur in
duas, in quarum prima ratiocinatur quod motus non incepit esse per
rationem eius quod est motum essentiale (?)./ ut per rationem diffinitionis
motus. in secunda ut ibi. adhuc autem prius vel est. ratiocinatur
quod motus non incepit esse, per id quod sequitur continuationem motus,
ut per rationem temporis. in prima parte sic procedit, primo dicit
a quo ultimo incipit ratiocinari, quoniam ex diffinitione mo-
tus data in tertio physicorum/ secundo ut ibi. dicimus igitur motum.
incipit ratiocinari, et dat unam rationem principalem, que talis
est, si motus est actus mobilis in quantum mobile, quod est
diffinitio motus, esse necesse est secundum quemlibet motum fuit
mobile secundum illum motum esse, hoc enim concedet unus-
quisque, licet non per diffinitionem motus, manifestum est enim
secundum unumquemque motum illud moveri, illud quod habet potentiam

ut moueatur quod quid necesse est existere motu ei existente in actu. Sic ergo colligit primam conditionem quod si aliquis motus primus est mobile illo motu erit et si hoc, quando mobile aut est factum cum prius non esset aut est perpetuum sed utrumque est impossibile, ergo primum ex quo sequitur scilicet quod sit aliquis motus primus. Hec ratio contexta est ex duabus conditionalibus, circa quas sic procedit, primo ponit primam ad cuius explanationem interponit quedam que patent. necessitas autem consequentie eius satis patet ex diffinitione motus. secundo cum dicit, ergo et hoc. supponit consequens prime conditionalis per antecedens inferens ex eo consequens se, et est necessitas consequentie de se manifesta. tertio cum dicit, Siquidem igitur. destruit consequens ultime conditionalis et primo primam partem illius que fuit mobile esse factum cum prius non fuit aut mobilia plura si fiat plura non est curandum, sic si mobile fuit factum postquam prius non fuit, tunc ante mutationem que posita est primo erit motus prior in quo factum est ipsum mobile, quod sic patet cum mobile prius fuit in potentia quam esset factum in actu, et non posset educi de hac potentia in actum nisi per motum, oportet motum esse in quo educatur in actum, et iste ante motum qui ponitur primus est motus prior quod est inconveniens. secundo cum dicit, Si autem que sunt. destruit secundam partem consequentis que fuit mobile esse perpetuum. circa quam sic procedit primo dicit quod irrationabile est dicere mobile eternaliter existere motu non existente et aliquam incipere moueri. non enim est ratio propter quam incipiat moueri tunc plus quam prius. hoc tamen est irrationabile illis qui considerant naturam mouentis et moti. quod intelligitur per hoc quod dicit. inde scientibus secundum unam litteram. secundo cum dicit. At uero si magis. probat hoc esse irrationabile ubi sic procedit primo dicit quod fundantibus intellectum in considerando naturam mouentis et moti apparebit idem inconveniens accidere ex hac positione qua est mobile esse perpetuum quod predictum est accidere si ponatur mobile esse factum et est inconveniens ante primam mutationem esse mutationem aliam. secundo cum dicit. Si enim alius quidem. probat quod idem inconveniens sequitur, sed si motiuum et mobile existant quorum alterum aliud primo mouet alterum autem primo mouetur, tunc cum non mouerit hoc mouebat non mouebatur prius sed quiescebat quod est impossibile, necesse est ad minus alterum ipsorum mutari ante quam unum fiat primo mouens et reliquum primo motum, et si hoc ante mutationem que ponebatur prima est mutatio alia prior, hec ratio contexta est ex duabus conditionalibus circa quas sic procedit primo ponit primam et patet. secundo cum dicit. erat aliquid enim causa quietis etiam necessitas consequentie et est, cum ante quam motiuum primo mouerit et motum primo moueretur quiescebat ipsum motum que fuit aliqua causa quietis, et hoc aut in altero ipsorum aut in utroque quando quidem causam quietis necesse est fuisse auferri ante quam hoc primo moueret et hoc primo moueretur cum ergo quies sit priuatio motus necesse est illam ablationem quietis aut esse motum aut consequens motum et iste ante primum motum erit motus primus. tertio cum dicit. quare autem primus. supponit consequens prime conditionalis per antecedens inferens ex eo consequens se, cuius consequentie necessitas manifesta est. quarto cum dicit. Alia quidem. reddit

sit etiam necessitas consequentie prime conditionalis sufficienter probans eam quam prius tantum tangebat ubi sic procedit. primo facit quandam divisionem ulteriorem ut manifesta sit sua demonstratio in omni genere motus, secundo ut ibi. Si ergo quecumque. incipit suam declarationem. dicit autem quod sicut est videre corporum que mouentur propter aliquid. et est huiusmodi quia primo facit divisionem quia quedam que mouentur propter aliquid mouentur singulariter, id est tantum secundum unum modum contrariorum eternaliter, ut sunt illa que mouentur a potentia naturali, ignis enim calefacit eternaliter, et non frigefacit eternaliter, quedam autem mouentur secundum motus contrarios in diversis horis, cuiusmodi sunt mota voluntarie siue a virtute rationali comprehensiua, virtus enim rationalis eternaliter mouetur per utrumque contrariorum siue per se, et quod ista sic moueantur conceditur ab omnibus aut a pluribus, et quia virtus naturalis que unius per se tantum mouetur secundum unum motum contrariorum siue agat tantum unum contrarium per accidens tamen agit reliquum propter hoc subiungit consequenter cum dicit. Uerumtamen quid ergo. quod quoddam simile est in virtute naturali et in virtute rationali. scilicet quod sicut virtus rationalis agit utrumque contrarium et hoc per se, sic uirtus naturalis agit utrumque contrarium licet unum per se et reliquum per accidens, et dat exemplum sicut hoc consequenter cum dicit. frigidum enim. et est quod frigidum solum non frigefacit quod convertit ei per se, sed et calefacit contrarium per accidens cum enim circumdat corpora calida fugat calorem ad partes interiores, et ita partes interiores ad quas confluit calor calefacit per accidens sicut est in virtute rationali quod contrarium agat per se utrumque contrariorum tamen aliquid agit aliud per accidens cum enim artifex voluntarie peccat in operando quam eius facit ei quod facere debet secundum artem et est malus artifex qui utitur sua scientia puse scilicet quod utitur sua scientia contrario ei quod debet uti. consequenter cum dicit. Si ergo quecumque. completa sua divisione quam induxit ut sua demonstratio esset manifesta tam in motu virtutis rationabilis quam in motu naturali, incipit suam declarationem per quam manifestat necessitatem consequentie predicte et dat duas rationes quarum prima fundatur super unam propositionem manifestam et super ypothesim, et est non ea que possibilia sunt mouere et moueri aut facere aut pati non omnino possunt in hoc sed cum fuerint approximata et adinuicem disposita in debito ad hoc, tunc necesse mouere aut moueri aut agere et pati nisi ab aliquo extrinseco fuerint prohibita. hec est propositio sua. Sed ergo ita sit et quod possibile primum mouere non fuit semper mouens nec illud quod possibile primum moueri semper fuit motum sed hoc nunc primum est mouens et illud nunc primum motum quod est ypothesis, manifestum est quod mouens et motum non semper habebant dispositionem necessariam ad hoc ut unum moueret et reliquum moueretur quare necesse ante oportuit unum ipsorum mutari aut utrumque ad hoc ut unum sit factum mouens et reliquum motum et iste patet necessitas consequentie scilicet quod supposita ypothesi necesse

est ante mutationem primam ad mutari. hic ostendit primo
propter ponit propositionem quam supponit. dicens ut l. si igitur non
semper. Deinde ypothesim, dicto cum dicit. manifestum est inveniendo
necessario conclusionem ponit quoniam cum dicit. Necesse est enim.
dat primam rationem ad idem et est: movens et motum
sunt ad aliquid, sed omnis relatio sequitur transmutationem
aut in altero extremorum aut in utroque. cum motivum et mo-
bile fuerunt sed non movens et illud non motum et postea
ea fiant hoc postea movens et illud postea movens motum
et sic fiat ad aliquid necessario ista relatio consequens trans-
mutationem aut in altero ipsorum aut in utroque. quare adhuc
ut prius ante primam mutationem necesse est mutari aut
alterum aut utrumque. hic rationis solum ponit medium et ipsum
explanat per exemplum ut patet. quando cum dicit. exemplo gratia
quodam. ex omnibus premissis infert illud ad quod principaliter
intendit inducens per suam rationem et est quod ante mu-
tationem que posita prima erit alia mutatio prior et in
hoc completa est sua ratio que est per rationem diffinitionis motus
quam continuum ad ipsum demonstrat esse non habens solum ut
verum per litteram suam et per commentum. exponentem ipsum maiorem,
sed tamen fidem nostram concludit falsum, et non procedit
et potest sic impediri cum sic arguitur: si motus primum
est mobile existit et si hoc aut est factum aut
perpetuum concedendum est ad hoc sed cum arguitur ulterius
descendendo quoniam si est factum igitur per motum educebatur
de potentia in actum. respondendo quod falsum supponitur et hoc quia
primum motum exit in esse per actionem primi quod est omnino
simpliciter nullam habens diversitatem, nullam transmutabilitatem
scilicet per creationem ex nichilo. quod non videtur concedere aristoteles propter
quod non indiget duci de potentia in actum per motum
ad creationem per motum non fiat. De aliis autem agen-
tibus citra primum est verum, quod per motum educatur de
potentia in actum et hoc quia non faciunt aliquid ex nichilo. sed ex
materia preiacente que transmutari non potest ut recipiat
actum nisi per motum. Quidam autem volentes excusa-
re aristotelem in hoc loco dicunt quod solum intendat primum
motum non educi in actum ab aliquo prius existente in
potentia ad illum actum. quia si sic procederet sua ratio quod
ante motum primum esset motus, non propter hoc negat primum
motum educi in esse in principio et quod sic intendat
videtur esse per hoc quod supponit esse mobile prius esse
naturaliter quam moveatur. et similiter per hoc quod dicit ipsum
motum esse factum. commentator non sic exponit ipsum
immo videtur quod simpliciter intendat non fuisse motum primum
sed quod motus est eternus. quando cum dicit. adhuc autem
prius. ostendit ad idem. scilicet quod motus non incepit
esse, propter id quod consequitur eternitatem motus hoc est per rationem temporis
et fundatur sua ratio super duas propositiones quarum una
est quod tempus est ad ipsius motus quoniam numerus eius. alia
autem quod tempus est eternum, semper enim tempus est ad ipsum motus,
et cum tempus sit eternum necesse est motum eternum esse
quare non incepit. circa hanc rationem sic procedit primo

querit quomodo prius et posterius in motu possit esse si tempus
non sit, aut quo tempus non possit esse nisi motus fuerit,
relinquens per hoc quod necessario consequuntur se. secundo cum dicit. si
igitur tempus. ponit suam rationem completam et patet necessario conclusionem.
tertio cum dicit. at vero de tempore. probat unam propositionem sue
rationis. scilicet quod tempus est eternum reliquam autem non probat
eo quod satis habetur ex quarto huius. hanc autem propositionem probat
primo a rei iudicio. secundo a ratione, a rei iudicio sic
omnes preter platonem idem intellexerunt de tempore. scilicet ipsum
esse ingenitum. et quia hoc. ideo dixit democritus impossibile esse
omnia esse facta cum tempus esse factum secundum ipsum sit impossibile. plato
autem solum posuit tempus generari dicens ipsum esse generatum
simul cum mundo, posuit enim plato mundum generari ex quo
igitur omnes alii plures posuerunt tempus eternum et non generari
manifestum est ipsum esse eternum. quando cum dicit. si igitur impossibile.
probat idem a ratione et fundatur sua ratio super duas propositiones
apud ipsum notas. quarum una est quod impossibile est tempus esse aut
intelligi sine instanti eciam ipsum. cuius causa est per commentum.
quia instans facit tempus et propter hoc qui ad minus non percipit
duo instancia non percipit tempus. alia propositio est quod instans est
medium temporis distinguens preteritum a futuro sit existens principium
et finis quoniam principium futuri et finis preteriti. istis propositionibus
suppositis necesse est tempus esse eternum. istas propositiones primo
ponit et ex eis infert conclusionem secundo cum dicit. ultimum enim
dedit necessitatem conclusionis sic, si ponatur tempus finitum in
utroque esse temporis ultimum per primam propositionem necesse est instans
esse secundum illius temporis quod cum per secundam propositionem instans sit finis
preteriti et principium futuri, necesse est post illud tempus quod ponebatur ultimum
esse tempus quod est contra ypothesim et eodem modo potest ostendi per rationem
istarum propositionum non esse tempus primum. caret enim ad instans et
in ante primum esset prius, patet igitur quod suppositis duabus propositionibus
procedatur sequitur tempus esse eternum. quando cum dicit. at vero si tempus.
concludit ex hoc motum esse eternum. et intelligendum est quod similiter
insolubilis est secundum aristotelem prout exponit commentum. dicit enim ipsum non
posse impediri nisi instans sit in tempore sicut punctus in linea.
in quo possit idem instans bis sumi in tempore sicut bis potest
sumi punctus in linea. et hanc hic per ... dicit quod immo
rari ... hoc est superfluum, secundum tamen fidem nostram oportet negare
istam propositionem esse instans esse principium temporis unius et finis
alterius et similiter tamen unius non tamen principium alterius. hoc enim
intellecto non est necesse ponere tempus eternum per rationem
instantis. sic tamen non videtur intellexisse aristoteles immo quod
instans sit in tempore quo ad hoc sicut punctus in linea continua
sicut enim ibi non est sumere punctum quin sit principium unius
linee et finis alterius similiter nec instans in tempore. quidam
tamen volentes salvare aristotelem in hoc ratione dicunt quod solum
intendit probare eternitatem motus si tempus fuit eternum non
intendens neque motum neque tempus esse eternum simpliciter immo quod
necesse sit, tempore existente motum esse, et hoc videtur innuere
per epilogum illius partis in utraque si sic dicatur sua demonstratio
nullam omnino videtur habere apparenciam et sic probat quod motus
non incepit. quando cum dicit. eadem autem ratio. dat rationem

ad ostendendum quod motus non desinit, et sic procedit. primo
dicit quod eadem est ratio ad hoc quod motus non desinat quae est ad
hoc quod omnino non incipiat. hoc autem dicit. Item non declarat
in quo est eadem ratio, et est in hoc quod sicut si ponatur motus
primus secundum tempus, sequitur motum esse ante motum primum, similiter si
ponatur motus ultimus, sequitur motum esse post ultimum
motum. tertio autem dicit. Item non sit. declarat quod idem sequitur
et fundatur sua ratio super unam propositionem probabilem, quae est
quod motu deficiente sive corrupto non est necesse mobile
corrumpi. hoc enim supposito, si ponatur motum corrumpi quod est
impossibile, ipso corrupto mobile aut erit corruptibile aut
perpetuum. si fuerit corruptibile, tunc eius corruptionem similiter
moveat motu corrupto alio corrumpitur ergo mobile cum
igitur corruptio quaedam mutatio sit, post mutationem quam ponebat
ultimam erit mutatio posterior, quod est contra hypothesim. si autem
ipsum mobile maneat perpetuum motu corrupto, tunc
redit quod, quando motus generaliter manet et mobile
cum per tempus infinitum fuit hoc movens et rem motam, quare
dico nunc sic hoc non movens vel rem non motam, non
enim maior ratio quare plus nunc quam prius de generatione
motus, id tamen secundum imbecillitatem non potest nisi processus et hoc quare
iam est qualiter processum debet per processum de generatione motus et
melius quod hic ratio adhuc non procedat secundum fidem nostram.
non enim corrupto motu corporis primum mobile quod est caelum non
tamen sequitur intentionem quod existimatur sequi, si ponatur perpetuum, quod
est post ultimum motum esse motum. quare tamen hoc sit quod motu
caeli corrupto possit manere caelum incorruptibile, forte considerationem
philosophicam excedit, et forte solus deus est
hoc complere scire, qui tamen volunt excusare Aristotelem in
hac ratione intelligunt similiter ex parte communis sive demum est
in prima ratione ex parte generationis. quarto autem dicit. si ergo hoc
est impossibile. ex omnibus praemissis in hac parte concludit conclusionem
principaliter intentam, quae est, quod motus est perpetuus.
non est dicere quod aliquando est et aliquando non erit nec quod aliquando
erat et aliquando non erat immo sic dicere magis assimilatur
fictioni quam veritati. Similiter autem dicere. Datis rationibus
ad partem unam secundum intentionem Aristotelis ut visum est, in hac parte
ostendit quod sermo aliorum dicentium ut sermo Empedoclis et Anaxagorae
est fictio, et procedit sic. primo dicit sic esse et tangit
ponere ipsorum. hoc ut in. At vero non inordinatum.
declarat figmentum sermonis utriusque. in prima autem parte
ad hoc sic procedit, primo dicit sic esse de oppositione Empedoclis.
et tangit suam positionem dicens quod similiter figmento
dicere verum quod motus est aptus natus quandoque esse et deesse
quandoque et quod horum non est reddenda causa aliter sicut actiones
primorum principiorum sic dicit Empedocles. elementa mundi quandoque moveri
per amicitiam congregantem et quandoque moveri per litem con-
disgregantem disgregantem, temporibus mediis quiescere et in
quandoque esse motum et quandoque quiescere, quorum secundum ipsum non est
causa quaerenda. aliquando enim amicitia et lis secundum ipsum sunt
prima principia. et de actione primi non sit causa quaerenda
de praedictis secundum ipsum non est causa reddenda. quarto autem dicit.

Fortassis autem. tangit sermonem Anaxagorae. dicens quod
facientes principium unum tantum agens ut fecit Anaxagoras,
qui posuit intellectum segregantem elementa mundi
ab uno mixto in quo quieverunt per tempus infinitum. similiter
forte dicent sicut Empedocles, in hoc quod sermo sic dicentium
similatur figmento, in hoc scilicet quod causa quaeratur ab eis primo
quod id unum principium, scilicet intellectus cum generabat mundum
segregavit elementa mundi ab illo mixto et non prius
dicent sicut et Empedocles dixit quod cum id principium sit primum
principium, de actione eius non est causa quaerenda. quarto autem dicit.
At vero non inordinatum. declarat figmentum sermonis
utriusque et primo sermonis Anaxagorae quia debilior est,
sicut non est inordinatum quod est a natura aut secundum naturam
sed motum fieri post quietem existentem in tempore infinito
non habet aliquam differentiam quare potius nunc fiat quam prius. non enim
habet aliquam ordinationem ad illam quietem praeexistentem
in tempore infinito, ergo motus qui fuit post quietem existentem
in tempore infinito non est a natura, cuius oppositum posuit
Anaxagoras, posuit enim intellectum naturaliter disgregare et
motum facere. hoc iterum secundo potest ibi. Hoc autem dicit.
Natura enim probationem minoris, ratio est, quia natura est causa ordinationis
in omnibus rebus naturalibus, per quam quaedam res naturales ordinantur
secundum essentiam unius modi sic et hoc ab eadem causa quaedam
autem secundum cursum diversorum motuum in diversis horis, et
hoc per diversas causas quae sunt in eis reperiuntur, ex quo patet quod id
quod a natura est, ordinatum est. tertio autem dicit. Infinitum autem.
potest probationem minoris in parte, ratio est, quod infinitum ad finitum
nullam habet rationem, cum igitur ordinatio sit quaedam ratio
in omni re ordinata, infinitum ad finitum nullam habet
ordinationem, ex quo manifeste. quarto ipsum minorem autem dicit.
Infinito autem tempore quiescere ut l. nisi in natura. infinitum quoniam
ulterius ut l. aut enim similiter. confirmat ipsum quoniam
sicut oportet naturam aut esse simpliciter, ut scilicet est omnis natura
agens unum contrariorum tantum sicut ut ignis sic fertur
sursum et non aliquando vel aliquando non, ita ut quandoque
insit ei ferri deorsum, aut est oportet naturam non in simpliciter,
ut est, cum non agit duo contraria successive, dico
sic sed sic, sed est aliqua causa quare sic agit
et non cum agit duo contraria successive est autem ratio quare
sic unum agit post aliud successive. cum ergo nulla
sit ratio quare intellectus secundum Anaxagoram non faciat
motum cum quies fuit prius per tempus infinitum, illa actio
non est a natura, cuius oppositum ponit Anaxagoras. quarto autem
dicit. Quare dicens. declarat figmentum sermonis Empedoclis.
et sic procedit, primo dicit quod sermo eius dignior est
sermone Anaxagorae, ponentis motum quandoque esse, et
quandoque quietem in diversis temporibus finitis, et hoc quia
sermo eius magis est participans sermonibus naturalibus, sup-
ponit enim quandam ordinationem in suo sermone motus
ad quietem, cum enim fiat motus in tempore finito
et quies in tempore finito est quaedam ordinatio unius ad
alterum, quoniam non sit ordinatio completa, ordinatio causa

reprehendit in suo sermone, quia secundum ipsum successive fuit motus et quies, quare est ibi aliquis ordo, sed non completus; ordo enim completus est agere aliquem genitorum contrariorum. Secundo cum dicit "Sed oportet causam", declarat insufficientiam sermonis Empedoclis, et arguit ipsum in hunc modum, quorum primum est quod solum dixit quietem quandoque esse et motum quandoque esse, non apponendo rationem ad hoc sed causam huius, quod non sufficit facere, immo debet apposuisse aut rationem probabilem aut inductionem aut demonstrationem, quod tamen non fecit; cum enim posuit amicitiam causam congregationis et litem causam disgregationis, posuit utrumque causam motus et in quietis nullam assignavit causam. Quod tangit cum dicit "Sed neque debet". Arguit ipsum in secundo, et est quod cum ipse sit quod amicitia est causa congregationis in quibusdam et lis causa segregationis, ut in hominibus, non debet propter hoc statim supposuisse amicitiam et litem esse causam congregationis aut segregationis in universo, quod tamen fecit; immo debet dixisse in quibus hoc est, quod amicitia et lis sunt causae congregationis et segregationis, et non statim supposuisse sic esse in toto, quia sic est in parte, ut scilicet in hominibus. Tertio cum dicit "Quod autem est et per equalia", arguit ipsum in tertio, et est talis argutio, quia posuit motum et quietem fieri congregationem et segregationem fieri per tempora equalia, et nullam adduxit rationem ad hoc, cum tamen indigeat ratione. Non enim sic videmus in hominibus ut tempus concordie sit equale tempori discordie, quia sic essent homines amici in uno tempore per amicitiam congregantem, et iterum omnes inimici per equale tempus per litem segregantem, quod non est verum. Quarto cum dicit "Oportet autem estimare", arguit ipsum in quarto, in hoc scilicet quod posuit idem quandoque moveri et quandoque quiescere principium sufficiens et eternum, cuius rationis non est causa querenda secundum ipsum, eo quod semper verum est dicere aut quiescere aut moveri; cum enim amicitia et lis sint per agentia secundum ipsum, de actionibus eorum non est causa querenda, et subiungit cum dicit "Magis Democritus", quia hoc modo reduxit Democritus omnes res naturales ad causas, scilicet reducendo eas ad aliquid quod est primum, et quod semper est eodem modo se habens; et de actione talis dixit ipse sicut Empedocles causam non esse querendam; non ulterius de aliquo eterno est causa querenda secundum ipsos, de quo dicit contrarium, quod non est sic; sic estimavit in parte ut ulterius genitum, oportet ut non detur causa in actione principii, quando actio eius fuit eterna; si autem actio eius fuit nova et non eterna, oportet ut habeat principium in illa actione; sic patet quod primum agit actiones novas in illis inferioribus, cuius actionis est aliquod principium, ut corpus celeste quod quantum ad aliquid est eternum et quantum ad aliquid corruptibile est; est enim corruptibile secundum situm, eternum autem secundum substantiam; et cum dicit quia necessarie res non debent habere causas secundum quod ponunt Empedocles et Democritus, ut patet ex dictis, subiungit cum dicit "Dicitur in quibusdam" quod ille sermo est verus in quibusdam, in quibusdam autem falsus.

triangulum enim habere tres angulos equales duobus rectis est necessarium, et tamen habet causam, et de talibus est sermo eorum falsus. Res autem necessarie que sunt prima non habent causam, quia si sic, principium esset principium in infinitum, et de talibus est sermo eorum verus. Ultimo cum dicit "Quod quidem igitur", epilogat, et dicit quibusdam ut predictum est ex isto epilogo quod non intendit aliquid motum esse eternum simpliciter in hac parte, sed solum tempori coeternum; hoc tamen non prendit sue demonstrationes [illegible]. "Contraria autem ipsis." In parte precedente posuit rationes ad partem unam secundum ipsum et declaravit quia sermo aliter dicentium est fictio [illegible]. In hac parte dat rationes ad partem falsam secundum ipsum et eas solvit, et procedit sic: primo dicit quod non est difficile solvere rationes contrarias rationibus monentibus motum esse eternum; secundo ut ibi "Videbitur autem ex his", ponit ipsas rationes et solvit, et dividitur illa pars in duas: in prima ponit rationes ipsas, in secunda ut ibi "Hoc autem primum quidem" solvit eas. In prima parte sic procedit: primo dat intentionem, dicens quod ex rationibus in hac parte dicendis maxime videbitur contradicentibus motum, motum non esse eternum, immo ipsum esse aliquando cum tamen prius non fuit. Secundo cum dicit "Primum quidem", prosequitur istam intentionem et dat tres rationes, quarum prima est: omnis motus sive mutatio que est ab extremo in extremum, et hoc sive ab extremo contrario in extremum contrarium, ut patet manifeste in motu locali recto, et in aliis speciebus motus, sive ab extremo in extremum que non sunt contraria, ut est in motu circulari locali, omnis ergo talis mutatio est finita et non perpetua; sed omnis mutatio est ab extremo in extremum aliquorum duorum terminorum; ergo omnis mutatio est finita et nulla perpetua. Huius rationis primo ponit conclusionem, secundo ut ibi "Mutatio enim omnis" ponit probationem maioris, et est quod omnis mutatio nata est fieri ex quodam in quoddam, que sunt extrema aliquorum duorum terminorum; tertio ut ibi "Quare necesse est" infert ipsam minorem, ubi intelligitur per hoc quod dicit "contrariorum autem" quod aliqua mutatio habet terminos qui non sunt contrarii, et quod illa non est infinita sive perpetua. Quare ut ibi "Amplius videmus" dat secundam rationem ad idem, et est: nos videmus multa esse quedam moveri que prius non movebantur, et hoc nec secundum totum nec secundum partem, ut in inanimatis; sed si motus non haberet esse postquam non esset, sed esset perpetuus, necesse esset ipsum aut semper moveri aut nunquam, ex quo relinquitur quod motus habet esse postquam non esset et non perpetuus. Huius rationis primo ponit minorem, que patet; secundo cum dicit "Quaerit tamen" ponit maiorem, cuius iustificatio potest haberi per hoc quod si motus esset eternus, cum motor primus etiam sit eternus, et res mote reducantur ad ipsum, ita quod semper sit presentes, aut oportet quod semper movebitur aut nunquam; contrarium non potest quia prius posita est. Quarto cum dicit "Multo enim magis" hoc dat tertiam rationem ad idem in animatis, et est: in animatis ita est quod aliquando fit motus postquam prius non fuit, et hoc est magis manifestum in ipsis quam in inanimatis; manifestum est enim quod in animatis est aliquis motus, sive fuerint violenter mota sive naturaliter, precedens motum ipsorum. In violenter enim motis est hoc manifestum, cum sit manifestum ipsa moveri ab extrinseco movente

alteratione. secundo ut ibi. at vero si alteratur. probat quod alteratio
indiget loci mutatione quibus probatis satis probatur antecedens
tertia primum sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit et est
quod tempore est augmentum esse alteratione non precedente. secundo
cum dicit. quod enim augmentatur. eam probat sic. si illud quod
augmentatur augmentatur quodammodo in dissimili quodam autem
in simili quoniam dissimile in principio simile autem in fine necesse
est alterationem esse in via ad hoc quod fiat augmentatio
hec ratio primo ponit antecedens cum sua declaratione secundo ex ipso
infert conclusionem antecedens patet quod declarat cum dicit. quoniam enim contrarium
propter hoc quod alimentum in principio est contrarium alimento sive nutrimento
alendo sive nutriendo aliter enim non ageret in ipsum
in fine autem cum completur augmentatio et copulatur alimentum
alendo necesse fit ei simile cum omne quod fit fiat ex sibi
simili et sic patet quod quodammodo sit augmentatio modo simili
quodammodo modo dissimili. conclusio cum dicit. necessarium igitur est.
ex antecedente probato infert conclusionem que patet cum dicit. at vero
si alteratur. ostendit quod alteratio indiget loci mutatione sic. si in omni
alteratione indigetur alterante existente in eodem quod est in potentia
in actu et alterans non alterat uniformiter se habens
sed secundum quod appropinquat ei quod alteratur aut elongatur ab
eo appropinquatio autem et elongatio non possunt esse sine
loci mutatione si ita sit necesse est loci mutationem precedere
alterationem. hec ratio solum ponit antecedens quod constat ex
duabus propositionibus quas ponit eodem ordine quo pernotate sunt
et primo primam. secundo cum dicit. in medio et. secundam tertia
cum dicit. hec autem. et sic probat antecedens sue rationis ex quo
infert conclusionem cum dicit. si igitur necesse est. quod est conclusio principaliter
intenta dicens quod si necesse est motum esse eternum necesse
esse est motum localem primum esse primum motuum et hoc
cuius quedam loci mutatio sit prior et quedam posterior
conclusionem cum dicit. amplius autem. declarat quod loci mutatio precedit
generationem et corruptionem et fundatur hec ratio ut videtur
contra opinionem antiquorum vel non secundum propriam quod facit ut denotetur
hoc quod intendit probare congrue esse et sue opinioni et aliorum
ratio autem quam ponit est hec densitas et raritas sunt principium
omnium generationum apud antiquos ad quam omnes qualitates [illegible]
reducuntur densitas autem et raritas sunt congregationes et
segregationes secundum quas fiunt generationes et corruptiones sed ad
congregationes et segregationes sunt mutationes secundum locum
ex quibus manifestum est conveniens ad istam opinionem quod loci mutatio
precedit generationem et corruptionem. hec ratio fundatur super tres
propositiones quas ponit eodem ordine quo pernotate sunt
et primo primam secundam cum dicit. densitas enim. tertiam cum dicit.
quam aggregantur autem. Et quia superius ostendit loci mutationem
precedere augmentationem ostendit consequenter alterationem
et quia non expressit inde diminutionem propter hoc redit super
hoc cum dicit. at vero secundum eius. probans per unam rationem quod
tam augmentatio quam diminutio indiget loci mutatione

precedente et est virtus sue rationis hec. tam magnitudo eius
quod augmentatur quam eius quod diminuitur indiget mutatione
loci quod enim augetur occupat maiorem locum et quod
diminuitur minorem adhuc in eo quod augetur necesse
est nutrimentum conferri ad ipsum et quod diminuitur
necesse est ut aliqua pars eius transferatur ab eo ex quo
patet quod motus localis precedit motum augmenti et
diminutionis. hec ratio solum dat medium. amplius in hoc
considerantibus. in parte precedente ostensum est in generali
quod motus localis precedit alios motus in hac parte
declarat idem descendendo ad modos prioris in motu
ut sic procedit primo dicit quod manifestum est ex hiis dictis quod
motus localis est prior aliis motibus et tangit
modum quomodo est hoc manifestum dividendo scilicet prius in motu tripliciter
sub distinctione uno enim modo dicitur prius in motu quod
eo existente non necesse est reliquos motus esse si tamen
fuerint reliqui necesse est ipsum esse et istud est prius
secundum naturam a quo non convertitur subsistendi consequentia alio modo
dicitur prius secundum tempus tertio modo dicitur prius secundum substantiam et secundum
perfectionem sic enim prius dicitur multis modis in aliis
rebus similiter et in motu hoc facit primo secundo cum dicit.
quare quoniam motum. incipit suam declarationem et dividitur
illa pars in tres partes in quarum prima ostendit quod motus localis
est prior aliis motibus secundum naturam in secunda ut ibi. adhuc
in tempore. ostendit quod est prius aliis tempore in tertia ut ibi.
omnino autem tertio. declarat quod est prius aliis secundum substantiam
primo ostendit sic motus est eternus quia continuus tantum
motus localis est continuus et regularis quare tantum motus localis
est eternus et prius secundum naturam a quo scilicet non convertitur
subsistendi consequentia hanc rationem primo ponit secundo ut ibi.
non una enim est necessitas. declarat necessitatem consequentie ratio
ipsius fundatur super duas propositiones esse quas sic procedit
primo ponit primam et eam declarat cum dicit. sic magis
vero est. sic motus autem est eternus quia est continuus aut
quia est successivus eternitas enim est in continuo equaliter
et in successivo aeternaliter cum igitur apud naturam semper
sit ponendum id quod est dignius et melius si sit possibile
et est possibile motum continuum esse eternum ponendum est
motum esse eternum quia est continuus hoc facit primo secundo cum
dicit. manifestum autem. ponit secundam propositionem quod est solum
motum localem esse continuum et regularem quod dicit hic esse
supponendum sed postmodum determinandum tertio cum dicit.
necesse est. infert conclusionem que cum dicit. sed una enim.
probat necessitatem consequentie sic si motus localis sit continuus et
eternus non est necesse si tempore fuerit aliquis motus esse
ut si augmentatio sive alteratio sive generatio sive corruptio
sed si aliquis istorum fuerit necesse est motum localem esse secundum
quem movetur primum movens cum sit eternus igitur motus
localis est prior aliis secundum naturam a quo non convertitur subsistendi
consequentia. adhuc tempore prior. in hac secunda parte ostendit motum
localem esse priorem tempore aliis motibus sic si eternum
est prius tempore non eterno cum solus motus localis

sit eternus, alii autem non eterni vel corruptibiles, motus localis
erit prior tempore aliis motibus. Hec ratio primo ponit quam,
secundo ibi: perpetue enim. Hinc tangit mentem. Tertio
ibi: Sed tamen quoque. Movet quandam dubitationem super ipsam
rationem et solvit, et primo movet eam, vel est, tamen quia
in individuo generabili motus localis posterius esse secundum
tempus. In talibus enim primo est generatio, postea ipsum autem alteratio
et augmentum, ultimo autem cum completum est generatum,
motus secundum locum. In hiis igitur primum est generatio et postrema
locatio secundum tempus, sicut manifestum est in generatione hominis et
aliorum animalium. Et quia sicut est in homine qui est
minor mundus possibile estimari similiter esse in maiori
mundo, secundo cum dicit: Sed necesse est vel etc. Solvit
istam dubitationem sic: licet in individuo generabili sic generatio
prior tempore locatione, tamen necesse est aliquid prius esse
illo generabili quod movetur secundum locum, scilicet primum motum, quia quid
necesse est ut sit causa generationis omnibus que hic generantur
ipsum tamen ingenerabile est. Unde primum est causa generationis
aliis sicut generans est causa eius quod generatur, et in
aliqua locatione prior omni generatione. Nam enim non esset
esset generatio primum motum ut volunt predicta dubitatio,
propter hoc quod oportet prius generari et postea alterari vel augmentari
et ultimo moveri secundum locum. Sed quamvis ita se ha-
beant isti motus in individuo generabili, tamen necesse
est ut predictum est esse aliquod quod movetur secundum locum
prius omnibus que generantur, quod tamen non generatur, cum generatio
non sit primum motum. Sicut enim omnia erunt corrupta
manifestum est quod nec aliquid aliorum motuum generationem generatione est
prius, cum sint augmentum, alteratio, diminutio et corruptio.
Omnes enim isti posteriores sunt generatione, quare cum
generatio non sit prior locatione, nec aliquis aliorum motuum
erit prior ipsa. Sic igitur patet primum intentum quod locatio
prior est tempore omnibus aliis motibus. Sed intelligendum est
hoc quod dicitur generationem esse priorem aliis motibus, sicut
dictum est in predictis, secundum esse priorem aliis generibus in quibus
est motus. Sic enim substantia prior est aliis generibus in substantia,
quia est generatio prior est vius in alia genera in quibus sunt alii
motus, quamvis aliquis posset dicere quod alteratio et
augmentum precedunt generationem. Omnia autem ...
in hac tertia parte ostendit motum localem esse priorem aliis
motibus secundum substantiam, et dicit hoc prius secundum substantiam quod est
prius secundum perfectionem et finem, non dico finem a qua non
convertitur subsistendi consequentia ut prius, sed finem dicente
perfectionem et actualitatem, et ponit in hac parte 3 rationes,
quarum prima est: si motus localis inest perfectioribus secundum naturam
et substantiam, motus localis erit perfectior aliis, et ita
prior secundum naturam et substantiam, tamen hanc rationem ut
sic procedit: primo probat antecedens, secundo ibi: quare si
magis. Resumit ipsum probatum et ex eo infert
conclusionem. Antecedens probat sic: esse quod generatur videtur esse imper-
fectum, tendens tamen in perfectionem, quamvis perfectio
licet sit posterior tempore generatione, nobilior tamen et

actualior prior est. Sed locatio est ultima perfectio ad quam
tendunt omnia generabilia, quia locatio in imperfectis non est,
cuius sunt plante et quedam animalia carentia organis,
sed inest aliis perfectis organa habentibus. Hec ratio fundatur
super duas propositiones, tamen quod sic procedit: primo ponit primam,
secundo ibi: ultimum autem famam, vel melius est habere
autem quod enim. Quantum ad minorem et magis concordat
aliis expositoribus quam hec, et tertio cum dicit: unum autem quandam
infert conclusionem, ex quo patet antecedens huius rationis, conclusionem cum dicit:
quare si magis. Resumit antecedens probatum et ex eo infert
conclusionem vel patet conclusionem cum dicit: propter hoc. Dat famam rationem
ad idem, et est: motus ille prior est secundum perfectionem et
substantiam qui non consimiliter movetur secundum substantiam. Hic
autem solum est motus localis, quod enim alteratur, aut mutatur
in sua substantia, aut appropinquat mutationi, cum alteratio sit ad
corruptionem, et similiter quod augetur vel diminuitur, quare locatio
prior est aliis motibus secundum substantiam. Hec ratio primo tangit
quam, secundo cum dicit: Signum. Ponit minorem, conclusionem cum dicit:
maxime autem manifestum. Ponit tertiam rationem ad idem, et est: motus
localis debet esse continuus primo et perfectissimo secundum substantiam
movente omnia mota, sed motus localis est primus et perfectissimus
secundum substantiam inter omnes motus. Hec ratio primo tangit quam, secundo
ibi: quare motus. Dat minorem, conclusionem cum dicit: quod
quidem igitur. Quasi epilogando infert conclusionem in hac parte intenta
esse manifestam ex dictis, scilicet quod motus localis est primus.
In hac parte intendit ipsum ostendere ipsum esse eternum, unde
sic procedit: primo dicit de quo est nunc declarandum per predicta,
de quo tamen est autem intendendum, et in hoc dat intentionem
huius partis, dicens quod cum iam ostensum sit locationem esse primam,
nunc esset declarandum quae locatio sit prima, sit vel est
hoc declarandum illud quod prius suppositum est, aliquem motum
localem esse continuum et perpetuum, et de hoc ultimo
prius est intendendum, secundo cum dicit: quod quidem igitur. Prosequitur
intentionem probans solum motum localem esse continuum,
et ita ipsum esse perpetuum, si eternum aliquis motus sit
eternus, quia continuus, ut probatum est, et dividitur hec pars
in duas, in quarum prima est dictus sive ratio hec: si aliquis motus
est continuus, et nullus alius motus a motu locali
est continuus, ergo solus motus localis est continuus. Hec ratio
solum ponit minorem cum sua probatione, et primo probat eam, pone
secundo ibi: omnes enim vel etc. eam probat, et dividitur illa
pars in duas, in quarum prima probat demonstrative quod nullus
aliorum motuum a motu locali est continuus, in secunda
ibi: amplius in generatione. Supponit hoc tamquam manifestum
in generatione et corruptione, scilicet quod non sunt continue, et
ex hoc concludit quod similiter est in aliis motibus. In prima
parte intendit talem rationem: si impossibile est idem simul
moveri oppositis motibus, nullus aliorum motuum
a locatione erit continuus, immo inter eos intercidet
tempus medium. Hec ratio fundatur super 4 propositiones quas
primo ponit, et ex ipsis infert conclusionem. Secundo removet
quandam occasionem errandi esse suam rationem. Tertio

soluit quandam dubitationem secundum unam propositionem exclusam/ ponit ergo
primo primam propositionem/ ut est/ quod omnis motus est a contrario in contrarium et
in mutationes aliquas dico a locali mutatione/ ut exficiatur in
dis./ secundam propositionem dat cum dicit. quoniam autem et est/ quod motus
sunt contrarii qui sunt in contraria/ tertiam dat cum dicit. quod autem
non sit. ut est/ quod motum motibus contrariis necesse est quiescere
post unum motum/ antequam moveatur motu contrario et similiter est
in mutationibus/ cum generatio simpliciter sit opposita corruptioni simpliciter/
et generatio huius corruptioni istius. consequenter cum dicit. quare si impossibile/ ponit
quartam propositionem/ vel ex ea infert conclusionem/ et est illa propositio/ quod
impossibile est idem sit motum motibus oppositis/ ex qua infert
suppositionem propositionem primo/ quod nullus aliorum motuum a locali mutatione/
est continuus/ sed necesse est tempus in ipsis intercadere medium/ consequenter
cum dicit. nichil enim differt. removet quandam occasionem errandi
circa suam rationem/ quia enim tertia propositio presupposita non fa-
cit ad suam rationem in mutationibus/ ut in generatione et corruptione
in quibus non est contrarietas nisi contradictionis propositione/ sed oppositio contradictionis/
in quibus propositione non est certum in non esse/ cum non enti non debeatur
quies/ et sic possibile aliquis putare suam rationem concludere/
ut hoc removeat/ docet quod quarta propositio sufficit ad conclusionem
concludendam/ et quod .iii. presupposita non sunt necessaria/ dicens propter
quod non differt quantum ad suam rationem/ extrema mutationis
aut motus opponi contrarie aut contradictorie/ dummodo impossibile sit idem
sit motum motibus contrariis aut mutationibus/ hoc enim scilicet extrema
esse contraria non est necessarium ad suam rationem/ et hoc dicit quantum ad
duas primas propositiones propter hoc enim probat quod ille non sunt ne-
cessarie/ consequenter cum dicit. si non necesse. docet quod tertia propositio
presupposita non est necessaria ad rationem suam/ dicens quod non
est necesse quiescere in altero contradictionis/ non quiescere muta-
tionem esse contrariam ad hoc ut habeatur propositum/ et hoc quia non
est necesse quiescere in non esse/ cum id quod non est non dicatur
moveri nec quiescere/ corruptio autem est in non esse/ et in ad rationem
suam non est necesse quietem intercadere mediam ut voluit
tertia propositio/ sed solum sufficit tempus esse medium./ sic enim non
erit unius generatio/ non exigitur quies/ sed solum tempus medium/
sicut non exigitur contrarietas ut predictum est/ sed solum quod idem
non possit simul moveri motibus oppositis/ consequenter cum dicit.
Non oportet autem. solvit quandam dubitationem super tertiam propositionem
presuppositam exclusam/ supponebat enim sive in illa propositione
quod motum motibus contrariis necesse est quiescere/ circa quod
motui est contraria/ de qua dubitaret aliquis quomodo quies
possit esse contraria motui/ et motus similiter/ cum famosum
sit unum uni esse contrarium/ quia mota erat hec dubitatio
solvit eam/ dicens quod non oportet turbari ex hoc quod idem
est pluribus contrarium/ ut motus quieti et motui in contrarium/
immo contingit idem motui esse contrarium quodammodo et motui et
quieti/ sicut equale contrariatur magno et parvo/ ut maius et
minus/ et temperamentum diminuto et excellenti/ licet enim
motus habeat plura contraria/ hoc erit modis diversis/ omnium enim
unum uni oppositum eodem modo/ accidit esse igitur motum esse contrarium
et motui et quieti ut presuppositum est ad rationem
suam/ accidit est et tanquam necessarium ad ipsam/ quod non sit

possibile/ idem simul moveri motibus oppositis aut mutationibus
ut presuppositum est./ consequenter cum dicit. amplius in generatione.
ostendit quod nullus aliorum motuum a locali mutatione est continuus/ supposito
hoc tanquam manifesto in generatione et corruptione/ scilicet quod non
sunt continue/ ex quo concludit similiter esse in aliis motibus/
dicens quod penitus inconveniens in generatione et corruptione
impossibile esse continuas/ id est scilicet quod id quod generatur statim corrumpitur
et non permaneat in esse per aliquod tempus/ et quia sic est
in generatione et corruptione ex hoc potest similiter haberi esse inconveniens
in aliis ut in alteratione/ augmentatione et diminutione/ quoniam non
contingit in entibus eodem modo/ scilicet quod finis generationis non
potest continuari cum principio corruptionis/ et omnis motus est
ita in generatione quia aut in substantia aut in qualitate aut in quantitate/
quia non eodem modo contingit in entibus in quod sic est in generatione
et corruptione sic in aliis./ Quod autem contingit ut est. hic
in parte precedenti quod motus qui est primus et continuus est
motus localis/ in hac parte intendit ostendere quod motus
localis est primus et eternus/ et dividitur hec pars in .ii. in quarum
prima ostendit quod tantum motus localis circularis est continuus et eternus.
in secunda ut ibi. quod autem motum circularem/ ostendit quod ille idem est
primus. in prima parte sic procedit/ primo dat intentionem
dicens quod est possibile quod omnis motus localis circularis est continuus
et eternus./ secundo cum dicit. Ostendemus enim ut est. prosequitur intentionem/
que sic procedit/ primo facit quandam divisionem membrorum ipsius
motus localis sufficientem/ dicens quod omne quod movetur secundum
locum aut movetur secundum circulum/ aut secundum lineam rectam/ aut
mixtum. id est secundum lineam compositam sive tortuosam/ secundo cum
dicit. quare si non illorum ut est. prosequitur membra illius divisionis/
ex quorum prosecutione patebit intentum/ et dividitur illa
pars in .iii. partes secundum tria membra divisionis. in quarum prima ostendit
quod motus mixtus non est continuus et eternus. in secunda
ut ibi. quod autem quod fertur secundum rectum. ostendit quod non motus
localis super lineam rectam nec super lineam circularem per
reflexionem est continuus et eternus/ in tertia ut ibi.
quod circulus est continuus/ ostendit quod motus localis super lineam circularem
qui semper est in eadem parte non reflectendo est continuus
et eternus/ quod est intentum/ sic enim declaratur continui
mutatione et continue de duobus membris/ et concluditur
de tertio/ primo ostendit sic./ si aliquis motuum simplicium
componentium motum mixtum non est continuus et eternus/
nec mixtum ex ipsis continuus erit et eternus/ sed aliquis
ipsorum non est continuus et eternus ut statim post declarabitur/
quoniam non fertur ut est. ergo et est. hec ratio solum ponitur
minor/ consequenter cum dicit. quod autem quod movetur. assignat secundam
partem/ in qua ostendit quod non motus localis super
lineam rectam nec super lineam circularem per reflexionem
est continuus et eternus/ ad quod ostendendum ponit primo .d.
r. comparative/ secundo ut ibi. rationabiliter autem universalibus.
dat rationes communes ad idem/ circa autem rationem secundum comparationem
sic procedit/ primo ostendit quod motus localis super lineam infinitam
finitam non est continuus et eternus./ secundo ut ibi.
et de circulo ostendit quod motus localis reflexus

super lineam circularem non est continuus et eternus, et hoc facit per rationem eandem secundum sensum. Primo dicit sic: nullum motum per reflexionem moveri motu uno et continuo, et in infinitum motu eterno, cum motus sit eternus quia continuus. Omne quod movetur localiter super lineam rectam finitam movetur per reflexionem, aut quiescet in extremo lineae et non ulterius movebitur, quod tamen ultimum non potest, quia nullus diceret hoc ponendo motum talem esse continuum; ergo nullum motum super lineam rectam finitam moveri motu uno et continuo, et in infinitum eterno. Quare motus localis super lineam rectam finitam continuus et eternus non est. Hec ratio patet. Primo ponit conclusionem. Secundo ut ibi, reflectatur enim, [?] minorem. Secundo ut ibi, reflectetur autem, probat maiorem sic: omne motum per reflexionem super lineam rectam movetur motibus contrariis; motus autem unus et continuus non est motus contrarius; ergo nullum motum per reflexionem super lineam rectam moveri uno motu et continuo. Hec ratio patet. Primo ponit maiorem, secundo probat minorem, tertio redit super maiorem et eam probat. Ponit ergo primo maiorem eam declarans per exemplum in patentibus. Secundo cum dicit, Oppositus autem est unus, probat minorem sic: motus continuus et unus non diversificatur secundum formam et speciem ut in minore est ex[?]. Hic est enim unius mobilis et in eodem tempore et super eandem magnitudinem, et etiam in eadem forma; sed motus contrarii diversificantur in specie; ergo motus continuus et unus non est motus contrarius. Sic probatur minor. Tertio cum dicit, Signum autem est, redit super maiorem et declarat eam per signum sic: quia motus qui fiunt per reflexionem necessario sunt contrarie incidentes, et in mota istis motibus repellunt et prohibent se si simul moveantur; ex quo signum est quod tales motus sunt contrarii, ut patet de motu qui est ab a in b et iterum reflectendo ab ipso b in a. Quarto cum dicit, Et in circulo, ostendit per eandem rationem secundum sensum quod motus reflexus super lineam circularem non est continuus et eternus, sic: cum hii motus reflexi fiant contrarie incidentes, et non cum sit contrarium eo quod corrumpunt se ad invicem et prohibent ne simul possint esse, sicut dictum est de motu super lineam rectam, relinquitur quod talis motus unus et continuus non est et in infinitum eternus. Hec ratio patet. Primo ponit conclusionem. Secundo ut ibi, Statim enim, tangit [?]: non est putandum quod contrariatur hic sibi ipsi et in celo et mundo, cum velit motus circulares non esse contrarios. Sicut enim ubi contrarium large sumitur hic motus contrarios, scilicet quod illi duo motus sunt contrarii quibus impossibile est aliquod corpus moveri insimul; in libro autem Celi et Mundi vult tales motus esse contrarios in quibus necesse est ut motum secundum unum sit contrarium moto secundum reliquum, ut corpora recta mota motibus contrariis sibi invicem sunt contraria. Sic enim non est motus circularis alicui motui contrarius, quia nec circulari nec recto, quia si sic corpus celeste haberet contrarium, quod non est verum; esset enim tunc generabile et corruptibile. Et quia iam ostensum est motus super rectam per reflexionem esse contrarios, ne putetur quod motus non reflexi sint contrarii, removet hoc cum dicit, Si non determinatur[?]: dicendum quod non; motus enim qui est in latum et motus qui est

sursum deorsum non sunt contrarii, immo possunt eidem simul inesse; possibile enim est idem simul moveri in sursum deorsum et in latum uno motu quasi mixto ex duobus; ille tamen motus non est proprie continuus cum sit compositus ex motibus diversis, licet non contrariis, in quibus est aliqua [illegible]; propter quod hic motus adhuc continuus non est et in infinitum eternus. Quinto cum dicit, Maxime autem manifestum, cum iam dederit unam rationem propriam, dat secundam in qua est quod nullum motum quod aliquando necesse est quiescere moveri motu uno et continuo; sed omne motum super lineam rectam aut super lineam circularem per reflexionem necesse est aliquando quiescere; ergo nullum motum hic moveri motu uno et continuo, et ita non eterno. Quare adhuc ut prius motus super lineam rectam aut super lineam circularem per reflexionem non est continuus et eternus. Hec ratio patet. Primo ponit conclusionem, et quod dicit de linea recta dat intelligere de linea circulari. Secundo cum dicit, Quare reflexibile, ponit minorem. Tertio cum dicit, Non enim idem est, removet quandam cavillationem contra minorem; quia enim dictum est quod necesse est aliquando quiescere in motu per reflexionem super lineam circularem, et posset aliquis opinari propter hoc quod similiter sit quiescere necesse in motu circulari, hoc removens dicit quod non est idem moveri in circulo et circulariter moveri; quod enim circulariter movetur semper movetur in eadem parte et continue, nec aliquando quiescit; motus autem in circulo potest esse per reflexionem ab illa parte ad quam prius movebatur, et talis motus continuus non est, immo contrarie incidit. Hoc facit [?]. Quarto cum dicit, Quod autem necesse est, intendit probare minorem propositionem, cuius probatio cum suis appendiciis durat usque ibi, Rationabiliter autem intendentibus. Et sic procedit: primo dicit quod ipsa minor propositio que est quod necesse est motum per reflexionem tam super lineam rectam quam super circularem aliquando quiescere, manifesta est non solum ex sensu sed etiam per rationem. Secundo cum dicit, Principium autem est, affert rationem ad hoc, et sic procedit: primo premittit quasdam propositiones ad suam rationem necessarias; secundo ex ipsis infert conclusionem que est minor quam intendit probare; tertio declarat necessariam consequentiam; quarto cum dicit, [?], ista ratio solvit quandam dubitationem. Quantum ad primum, sufficienter quedam supposita in dando suam rationem premittit. Igitur in principio tres proponens, quarum prima est quod in motu reflexo sive super lineam reflexam rectam sive super circularem sunt tria: principium, medium et finis; quorum medium in respectu utriusque alterum est utrumque; est enim finis in comparatione ad principium et principium in comparatione ad finem; ipsum tamen medium est unum numero, ratione tamen duo. Secundam propositionem dat cum dicit, Amplius autem, et est quod aliud est esse in potentia et esse in actu. Tertiam propositionem concludit ex duabus cum dicit, Quare et [?], quod omne punctum quod est medium inter puncta magnitudinis recte est medium in potentia et non in actu, nisi cum fuerit actu dividens partem a parte, quod contingit cum ad motum ad illud punctum quod per aliquod tempus quiescat super ipsum, postea incipiat moveri ab ipso. Sic enim fit illud punctum medium in actu, quia fit et actu principium unius et finis alterius, principium autem posterioris et finis prioris principii, ut si aliquid feratur ab a in c per b; si enim cum pervenerit ad b quiescat in b et postea incipiat moveri in c, tunc

est .b. medium in actu, et principium et finis in actu divi-
sorum. Si autem continue moveatur ab .a. in .c., ita quod non
eveniat ipsi .b. ut quiescat in eo, nec iterum separetur ab eo,
tunc impossibile est ut sit ipsum motum apud .b. in tempore, sed
solum in instanti. In instanti enim potest esse apud .b. cum in-
stans non sit pars continualis temporis. Et si hoc, non erit medium in
actu nec principium et finis in actu, sed solum in potentia. Et sic
commutatur .3. propositiones ex quibus instituit continuum motum cum
dicit. Si autem adesse des etc. Et si des concedat .a. motum
advenire ipsi .b. et ab ipso separari in actu, aut per
reflexionem aut ulterius movendo, sequitur necesse est .a. mo-
tum quiescere apud ipsum .b. Et ita pars minor, quia motum
per reflexionem sive super lineam rectam sive super circulum, necesse
est aliquid quiescere, quia cum dicit. Impossibile est enim. declarat necessitatem
consequentie sic, si .a. motum adveniat ipsi .b. et recedat
ab ipso in actu, impossibile est hoc esse in eodem instanti, quia in instanti
aliquo et alio, et si hoc, cum instantia non sint continua, medium
illa instantia erit tempus medium, in quo erit apud ipsum .b.
et in quiescet apud ipsum, cum sit in tempore in eo, et sicut est
de .b. similiter est de quocumque alio puncto medio, cum sint media in
actu quiescet motum in ipso, eadem enim est ratio de omnibus. Cum
igitur .a. motum perveniat ad .b. quod est medium in actu et
finis vel principium, necesse est ipsum quiescere apud .b. Propter hoc
quia .b. est actu dividens partem a parte, et actu medium et
finis et principium. Unde sic non est dicere motum esse sit in
.a. vel in .c. que sunt ultima puncta magnitudinis, sed in
instanti aliquo et aliquo. Similiter non est dicere ipsum motum in eodem
instanti advenire ipsi .b. et recedere ab ipso, cum ipsum
.b. est actu medium vel finis et principium. Cum igitur medium
qualibet instantia sit temporis, necesse est ipsum motum esse apud
.b. per aliquod tempus et in quiescere apud ipsum. Unde habet
dubitationem. In hac parte intendit ratione predicta solvere duas
dubitationes, unam scilicet consuetam et communem, alteram autem que
fuit dubitatio Zenonis de motu in .6. huius mota et
ibi incomplete soluta, et dicit hoc primo in .d. in .q. p. ponit
dubitationem usitatam et communem, et eam solvit, in secunda ut ibi.
At non olim. solvit dubitationem Zenonis, in .p. p. adhuc
primo ponit ipsum dubitationem, secundo ut ibi. Prius enim movens.
eam solvit. In ponendo dubitationem sic procedit. Primo dicit
quod hic ma. scilicet per rationem predictam respondendum est ad dubitationem
quandam usitatam et communem, secundo ut ibi. Hec autem dubitatio. ponit
ipsum dubitationem, que talis est: si due sint magnitudines equales
et duo mota equivelocia sint ipsis, et tamen quod unum
motum moveatur reflectendo, reliquum autem continue, continue
motum citius pertransit equale spatium reliquo, ut si .e. sint
magnitudo equalis magnitudini .z.i. et sint ultima ipsius
.e. b.c. si igitur .a. moveatur a .c. ad .b. et re-
flectendo ab ipso .b. incipiat moveri ad .c., vel simul
cum advenit .a. ipsi .b. incipiat .d. moveri ab extremo
quod est .z. et continue moveatur ad .i. huius sic se ha-
bentibus .d. citius adveniet ad .i. quam .a. ad .c. Quod
quidem possibile esse dicunt, cum magnitudines sint equales sic moventur sint

equales, et ipsa mota equivelocia, et ut simul
incipiant moveri. Aliter tamen possunt signari littere in
parte, ut scilicet .b. esset medium punctum magnitudinis .i.
et quod .a. inciperet moveri ab ipso .c. ad .b. et re-
flectendo ab ipso .b. moveretur ad .c., sed in eadem
redit, quia cum dicit. Prius enim movens. Venit ratione
predicta solvit istam dubitationem, quia enim motum per re-
flexionem necesse est quiescere, propter hoc prius movebatur
et recessit .d. ab ipso .z. quam .a. ab ipso .b. Unde
non est mirum si prius pertranseat equale spatium. .a. enim
motum non simul advenit ipsi .b. et recessit ab eo,
sed in instanti aliquo et alio, et ita quiescit apud
ipsum, propter quod prius pertransit magnitudinem .e. quam ipsum
.d. magnitudinem .z.i. Si enim sit advenisset et re-
cessisset ab eo, non pertransisset suum spatium posterius.
Nunc autem non est sic, immo necesse fuit ipsum quiescere
apud .b. quia cum dicit. Non igitur pondus. concludit
ex ista solutione quod non est pondus .a. moveri per
ipsum .b. per reflexionem eodem modo quo movetur
.d. ab ipso .z. extremo ad .i. et per medium quod sunt
in potentia media .z. et .i. .a. enim si advenit ipsi .b. ne-
cesse est et abesse, et hoc non sit, sed in instanti aliquo
alio. Sed non similiter est de .d. cum motum continue immo in
instanti et non in tempore adest et abest punctis medijs
medie .z. et .i. quia solum sunt in potentia. Hoc igitur scilicet motum
adesse alicui puncto et abesse, et non sit, sed in
instanti alio et alio, impossibile est in illis que continue
moventur, in illis autem que reflectendo moventur est hoc
necesse, ut si ponatur .z. motum mutando terminos quod
quod in movendo reflectatur super .d., erit .d. punctum
in actu, et utetur eo tanquam duobus punctis, scilicet
tanquam fine et principio, quare necesse est .z. motum
quiescere apud .d. Non enim affuit ei et abfuit ab
eo in eodem instanti, sed in instanti aliquo et aliquo, aliter
enim esset dicere ipsum .z. in eodem instanti esse apud
.d. et non esse, propter hoc autem ultimo conclusum, remota
est cavillatio contra suam conclusionem. Posset enim aliquis dicere
quod similiter motum .a. per .b. reflectendo et .d. per puncta
media medie .z. et .i. cum continue motum, vel in quod non
prius incipit .a. moveri quam .d. non possumus per-
transire suum spatium propter hoc quod quidem cavillatio iam
remota est. quia cum dicit. At non olim etc. accedit
ad solvendum aliam dubitationem ratione predicta scilicet
dubitationem Zenonis de motu, et sic procedit. Primo
dicit quod solutio data est in .6. ad rationem Zenonis non est
nunc danda, immo solvenda est virtute rationis predicte,
secundo repetit illud rationis predicte ex quo solvetur
dubitatio Zenonis, tertio incipit eam solvere, primum patet
ex dictis. Secundum facit cum dicit. Non enim contingit.
dicere quod cum aliquod motum ut .z. motum ad terminum magnitudinis
in actu, ut ad .d., non est apud ipsum in instanti sed
in tempore. Si enim in instanti esset apud ipsum non

adesset ei et abesset in actu, vel in eadem magnitudine, ne-
cesse est esse in actu. media autem inter extremos non sumitur
in actu sed in potentia; ipsi autem extremi actu sunt, vel est idem
principium unius et finis alterius, et sic est in magnitudine
sicut est in motu. scilicet quod in motu est sumere extremos scilicet principium
et finem, et medium inter ipsa sicut in magnitudine. ex
hoc autem solvetur dubitatio Zenonis, et cum reperitur quod
modo dictum est rationis predicte, antequam accedat ad solutio-
nem, infert ex hoc quod iam repetiit unam conclusionem
principalem prius conclusam, quae est quod motum in recto per
reflexionem necesse est aliquem quietem, quod infert cum dicit.
Necesse est quiescere. ex qua concludit ad hanc conclusionem ulteriorem
principaliorem cum dicit. non quare. et est quod in recto
non est possibile esse motum continuum vel eternum, quod innuit cum
dicit. Eodem autem modo. intendit solvere ipsam dubitationem
Zenonis virtute rationis predicte, et sic procedit. primo
dicit quod per rationem iam dictam est obviandum interro-
gantibus dubitationem Zenonis. secundo tangit rationem Ze-
nonis, et ostendit solutionem datam ad ipsam in sexto esse
insufficientem. tertio adaptat suam solutionem. dicit igitur
primo quod modo iam dicto, scilicet virtute predicte rationis obviandum
est interrogantibus rationem Zenonis. secundo cum dicit.
Et volentes. tangit rationem Zenonis formans eam
dupliciter. primo modo sic, esse motum secundum aliquod spatium, prius
pertransire medium quam totum, et adhuc prius medietatem
illius medietatis quam totam; sic igitur hoc modo est pertransire
infinitum in sumendo medietates in spatio, et non
contingit pertransire infinita, ergo non contingit moveri
secundum locum. secundo cum dicit. aut sic ipsam. format eandem
rationem alio modo secundum alios, sic: cum homo movetur per aliquod
spatium, et prius pertranseat medietatem quam totum, prius
numerat medietatem quam pertranseat totum; aut enim eque
velox est aut velocior est in numerando quam sit currens
in currendo, et eadem ratione adhuc prius numerat medietatem
illius medietatis quam pertranseat totam; cum igitur infinite sint
medietates hoc modo in spatio, accidit ipsum numerare numerum
infinitum si pertransit aliquod spatium, quod est impossibile, propter quod
dicebat impossibile motum esse. quod innuit cum dicit. In primis
quidem igitur. repetit solutionem dictam in 6 ad hanc
dubitationem. et ostendit eam esse insufficientem secundum rem, quamvis
ut sic sufficiens quo ad rationem istam, et primo
repetit ipsam solutionem, dicens istam dubitationem esse solutam
in 6 huius. per hoc quod dicebatur ibi tempus esse infinitum
eo modo quo magnitudo est infinita, et ideo non est impossibile
pertransire infinita in tempore finito. secundo cum dicit. Sed hec solutio
ostendit istam solutionem esse insufficientem secundum rem, licet sit
sufficiens quantum ad quem sive ad interrogationem; cum enim
sic queratur utrum contingat pertransire infinita in tempore
finito, quantum ad interrogationem satis factum est cum res-
pondetur modo predicto, scilicet quod tempus est infinitum sicut et
ipsum pertransitum est infinitum; secundum rem tamen insufficiens
est hec solutio; huius causam dat cum dicit. Si enim aliquis etc.

quod si aliquis dimittat interrogare de ipsa magnitudine, et re-
dimittat interrogare si in finito tempore pertransire infinita sit
possibile, sed hoc dico dimittat, et interroget de ipso tempore
in se, utrum possint consumi aut pertransiri cum tempus habeat
infinita instantia dividentia ipsum, ad id dissolvendum
non sufficit solutio predicta, et ita secundum rem insufficiens
est. quod innuit cum dicit. Sed veritatem dicendum est. adaptat ad suam conclusionem
quod prius dictum est, et in hoc solvit dubitationem Zenonis
sufficienter, dicens quod ad solvendum hoc modo et sufficienter dubitationem
Zenonis, dicendum est quod dictum est in rationibus predictis; cum enim aliquis
dividit aliquod continuum in duo media, facit unum punctum
medium in actu, et finem unius et principium in actu alterius, utens eo tanquam
duobus, et similiter est cum aliquis numerat aliquod continuum per suas medietates,
facit duo media in actu, et utitur uno puncto tanquam
duobus; hoc autem modo facta divisione in magnitudine non remanet
magnitudo continua nec motus continuus, cum continuitas motus sit
a magnitudinis continuitate; non … hoc modo procedit divisio in infinitum,
continuus enim in continuo sunt media infinita, hoc non est in actu sed in
potentia. quod quando cum fiat actu media per divisionem non remanebit
continuum; hoc non est hoc modo dividere in infinitum, immo necesse est
aliquando stare divisionem; hoc in proposito manifestum est in eo quod numerat
media suae medietatis spatii dividendo spatium in actu;
numerat enim unum punctum ut duo, scilicet ut principium unius
medietatis, et ut finem alterius, quare id spatium continuum non
remanet, ex quo sequitur ut motus super ipsum non sit continuus.
ultimo igitur respondet, si quis utrum contingat pertransiri infinita
aut in tempore aut in magnitudine, quod est ut sic est, ut non;
si enim sint infinita actu, non contingit ipsa pertransiri; si
autem potentia contingit. unde id quod movetur continue pertransit infinita secundum
potentiam et non actum; simpliciter autem et in actu non pertransit
infinitum; linee enim accidit ut habeat media infinita, et ultimo magnitudinis
infinita enim divisio non est de actu nec de substantia linee, quod patet
per diffinitionem linee. est enim longitudo sine latitudine cuius extremitates
sunt duo puncta, et infinitas et divisio est ei accidentalis. In-
finitas autem accidentalis quae pertransit infinita secundum quod sunt in
linea, non pertransit actu et simpliciter infinita, sed solum in potentia.
Manifestum enim est. in parte precedenti Philosophus solvit dubitationes ducentes
ad … rationes predictas; in hac parte intendit iustificare quandam
suppositionem in illa ratione; supponebatur enim quod cum ad
motum ad quod … actu, adest illi puncto in instanti,
et abest alio in instanti, et hoc in instanti alio et alio,
medium quoque cadit tempus medium; unde innuit hic esse duo supposita,
scilicet instans esse in tempore distinguens tempus a tempore, et
secundum quod duo instantia non sunt continua, sed quod inter
ea cadit tempus medium, et propter hoc hic duo intendit iustificare;
quorum prius sunt declarata; aliter enim intendit hoc de
huius quam prius. dicit autem hic primo … iustificat
primum, scilicet quod in tempore sit instans medium, distinguens
tempus a tempore, in ea ut … Si autem quod continue primus. de-
clarat secundum. scilicet quod instantia in tempore non sunt
ad invicem continua, ita quod ex eis fiat tempus, immo quod
inter ea cadat tempus medium. primo ostendit suppositionem oppositum

mentem per ypothesim, ex quo dicit ad impossibile. Sic. si aliquis ponat non esse decisiones temporis indivisibiles, scilicet instans distinguens inter prius et posterius in tempore, sequitur sit idem esse et non esse, cum igitur hoc sit impossibile, relinquitur instans esse in tempore distinguens prius et posterius quod quidem est commune et idem utrisque, ratione autem non idem, cum sit finis communis temporis et principium alterius. ipsum enim instans magis dicitur esse rei posterioris quam prioris, et hoc quia res prior corrupta est in ipso. res autem posterior generata, quare cum res posterior maneat in ipso magis dicitur esse eius posterioris quam prioris. Circa hunc textum sic procedit. primo ponit ipsum et est una conclusio. secundo ibi. Signum igitur manifestum necessarium. quare generatur ad quod dicit est impossibile, infert ex hoc oppositum antecedentis, tertio ibi. Sit tempus. declarat necessitatem consequentie, sic. sit .a. tempus commune, .b. tempus aliud, et .a. et .b. continuentur adinvicem per .c. quod ex ypothesi sit tempus et non instans indivisibile. .d. autem sit res transmutanda in toto tempore .a.b.c. et transmutatur a non albo in album, et dum est non album sit in .b. quando album autem sit in .a. hiis sic se habentibus in .c. erit ipsum .d. album et non album, cum enim in quolibet ipsius .a. sit album, et in quolibet ipsius .b. non album, et .c. sit tempus commune .a. et .b. continuans ipsa ex ypothesi, in .c. erit album et non album, et sic patet necessitas consequentie. Quarto cum dicit. Non ergo dandum est. declarat quomodo cavendum est hoc impossibile, eo quod non sequitur nisi per opinionem suam, dicens quod non concedendum est .d. esse non album in quolibet ipsius .b. sed in quolibet preter in ultimo .s. in .c. quod quidem .c. in veritate est instans indivisibile et non tempus, in quo quidem .c. corruptum est non album et factum est album. est enim commune finis quod instans est et ipsi .a. et .b. sed finis ipsius .b. et principium ipsius .a. Quinto cum dicit. Et si fiebat. Removet quod sibi dictum est. si .d. transmutetur ab albo in non album, album esse corruptum in .c. et factum non album, verum si fiat album: sed est verum dicere ipsum esse post factum album, aut non album in .c. quia sic non sequitur predicta inconvenientia .s. idem sit cum factum est non esse, aut corruptum est esse album, ut sit esse album et non album, et ultimo in contrariis transmutatione sit esse et non esse. qualiter autem hec inconvenientia sequitur patet ex infectione necessitatis consequentie premisse. Sexto cum dicit. Si autem quod erat. in secundo ad presuppositum. s. quod instantia indivisibilia que sunt in tempore non sunt continua adinvicem, in quod ex ipsis fiat tempus, immo inter quelibet ipsorum cadit tempus medium. quod sic probatur. si aliud quod nunc est et prius non fuit necesse est aliqua in esse per fieri, et quod fit dum fit non est simul perfectum, hoc totum est ante. impossibile est tempus dividi in tempora indivisibilia prius adinvicem continuata, dividitur enim temporis est in ea per que prius continuabatur adinvicem, ac si diceret. impossibile est instantia divisa esse continua, immo necesse est medium ea mediari de tempore, hoc enim intendit probare. hunc textum primo ponit. secundo cum dicit. Si enim in .a. declarat necessitatem

consequentie, sic. si in .a. tempore fiat .d. album, in .b. autem iam factum sit album, quod quidem sit tempus indivisibile contiguum ipsi .a. ex ypothesi, cum in .a. fiebat album, in .a. fuit non album, in .b. vero non fiebat album, quia in .b. iam factum est album, oportet igitur inter .a. et .b. esse aliquid medium in quo fiat .d. de non albo album, cum igitur hoc facto sit transmutatio necessario fiat in tempore, necesse est medium .a. et .b. esse tempus medium in quo factum sit .d. de non albo album, et instantia non sunt continua nec contigua, immo inter quecumque cadit medium, et quia iste modus transmutationis de non albo in album non est idem apud ponentes instantia continua adinvicem, et apud non ponentes addit cum dicit. Non enim eadem ratio. quod non est eadem ratio transmutationis, secundum dividentes tempus in instantia indivisibilia, et secundum dividentes tempus in tempora, dividentes enim tempus in tempora et non in instantia, ponunt aliquid esse factum in ultimo istius temporis in quo fiebat .s. in instanti, cum quidem instanti non est continuum nec contiguum, dividentes autem tempus in instantia indivisibilia, ponunt ipsa instantia adinvicem continua aut contigua enim. quare non possunt ipsi ponere transmutationem fieri modo predicto. Et quia dixit quod cum aliquid fit ipsum factum est in ultimo instanti istius temporis in quo fiebat, ne putetur propter hoc quod in aliquo fiat et factum sit, removet cum dicit. Nunc est autem. quod si aliquid fiebat in aliquo tempore toto, quod non est plus tempus in quo factum est et fiebat, quoniam in quo fiebat solum factum est. enim in instanti et non in tempore. Et melius est cum aliquid fit de non albo album, non est sumere ultimum instans in quo est non album, est tamen sumere primum instans in quo est album, quia enim non potest fieri de non albo album nisi mediante transmutatione, et ita nisi in tempore, in quo non est sumere ultimum instans in quo est non album, quia cum sit corruptum est non album, et fit album mediante mutatione, vel in tempore est sumere primum instans in quo corruptum est non album et factum est album, et eodem modo est cum aliquid fit de albo non album, et sic verificata secundum duo presupposita in sua ratione, complete sunt iste due rationes Aristotelis quas posuit ad principale intentum. s. ad ostendendum quod motus localis super lineam rectam aut secundum lineam circularem per reflexionem non est continuus et eternus. unde quasi epilogando concludit quando cum dicit. Quibus quidem igitur. quod iam dicte et consimiles sunt rationes que Aristotelis faciunt fidem de intento. s. quod nullus motus localis reflexus super lineam rectam aut circularem est continuus, et ita non eternus. et dicuntur hec rationes Aristotelis quia fundate sunt super hoc quod motum ad aliquod punctum in actu cum pervenit ad ipsum quiescit apud ipsum, et postea incipit motum. quod Aristoteles vocat motum secundum locum. et secundo

dicit hec rōnes ꝯpe. / Rōnabiliter autem mendicantibus.
q̄ in pte pcedente demonstravit ē per rōnes ꝓprias mendicat
in hac pte demonstrat per rōnes gnales et pcedit sic. primo
dat intencionem dicens qd mendicantibus rōnabilis .i. logice
et per rōnes gnales apparebit intentum ex nunc dictis qd
motus localis reflexus sup lineam rectam aut circulare non ē
continuus / scd̄o cum dicit. omne. n. qd mouetur. pbat intencionem
.q. dans rōnes gnales ad intentum / .q.p. ē ad ipole
